



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Ōrigenus Tōn Eis Tas Theias Graphas Exēgētikōn Hapanta Ta Hellēnisti Heuriskomena**

**Origenes**

**Coloniæ, 1685**

Petri Danielis Huetii Ad Origenis Commentaria Observationes Et Notæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-79869](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-79869)





PETRI DANIELIS  
HUETII  
AD  
ORIGENIS  
COMMENTARIA  
OBSERVATIONES ET NOTÆ.

AD COMMENTARIA  
IN GENESIN.

P. 1.



*H' δ' ἰσχυρὸς λόγος ἐστὶν τὸν Θεόν, &c.] Idem hoc argumentum persequitur Origenes lib. 2. de princip. cap. 1. Basilii autem Hom. 2. in Hexæmeron, & Ambrosius in Opere cognomini eandem, quam tractamus, Origenis disputationem prolixè referunt. Anaxagoræ porro, Pythagoreorum, Platoniorum, Stoicorum, aliorumque ea sententia fuit, mundum ex æterna materia Deum condidisse. Videndus Timæus. Locrus *ἡ φύσις κόσμου*, Plato in Timæo, Cicero in Academ. Quæst. Seneca Epist. 65. Plutarchus lib. 1. de placit. Philos. Laërtius in Platone, & Zenone, Epiphanius Hær. 5. alii; sed in primis Auctor *ἡ φιλοσοφία* non dum editorum: *πλάτων ἀρχὴς ἢ τὸ παντὸς Θεόν, καὶ ὅλον, καὶ ἀσάφητον*: Plato, principia esse rerum omnium Deum, & materiam, & exemplar: tum: *ἢν (ὅλον) καὶ διζήμενον, καὶ τιθύνον καλῶς, ἐξ ἧς διακοσμηθεὶς γενέσθαι τὰ τρισσὰ στοιχεῖα, ἐξ ὧν συνέστηκεν ὁ κόσμος*. Quam (materiam) & *recepticem, & nutricem* appellat, ex qua digesta extitisse quatuor elementa, ex quibus constatus est mundus. Hoc idem habet in Anaxagora. Ipsum hunc errorem castigat Tertullianus in Hermogene Apo-*

stata, qui à Christianis conversus ad Philosophos, de Ecclesia in Academiam, & Porticum, inde sumit à Stoicis materiam cum Domino ponere, quæ ipsa semper fuerit, neque nata, neque facta, nec initium habens omnino, nec finem, ex qua Dominus omnia postea fecerit: idem castigat & in Marcione; Dehinc, inquit, si & ille mundum ex aliqua materia subjacente molitus est, innata, & infecta, & contemporali Deo, quemadmodum & de Creatore Marcion sentit, redigis & hoc ad majestatem loci, qui & Deum, & Materiam, duos Deos clusit: castigat & Theodoretus in utroque, Hær. Fabul. lib. 1. cap. 24. & lib. 5. cap. 5. & Philastrius in Seleuco & Hermia Galatis, Hær. 55. Manichæi quoque materiam *ἀγέννητον* esse sciscebant. Rationem reddit Droserius Marcionista in Dialogo de orthodoxa fide, cur id figmentum propugnare instituerit Valentinus: nempe, ne malorum causam in Deum transcribere cogeretur, eam ad materiam referebat. Mundum quidem è materia à Deo conflatum crediderunt Philo, Tatianus, Lactantius, aliique; sed è materia à Deo primum creata, non æterna, tum deinde in ordinem digesta, Ad omnino Eusebium l. 7. Evang. Præpar. & Philocaliam cap. 23. At noster Origenes non principii quidem expertem materiam, & *ἀγέννητον*,  
A sed



P. 3.

tum esse Christum VI. Id. Nov. de quibus  
itidem alicubi Epiphanius. Quidam circa  
æquinoctium autumnale contigisse id opi-  
nati sunt. Romana vero Ecclesia ad VIII.  
Cal. Jan. celebrabat natalem Christi, at-  
que hanc consuetudinem reliqua Ecclesie  
tractu temporis inde fumerunt. Demor-  
strent ergo primum supra memorati Ge-  
nethliologi, quo die natus sit Christus,  
tum postea viderimus de genituris, quas  
parum inter se contentientes posuerunt.  
Nam Libram in Horoscopo constituit Car-  
dantus; & Albertus vero, & Aliacus Virgi-  
nem. Hos fecellit Albumasar vetus Astro-  
logus Arabs, qui imagines recensens, quæ  
cum Virgine ascendunt (juxta Perlarum,  
Indorum, & Ægyptiorum doctrinam, qui  
cum singulis Signorum Decanis imagines  
quasdam ascendere fingeant) in primo  
Virginis Decano Virginis imaginem collo-  
cat, formatæ, puerum gestantis & lactantis.  
*Nutrit puerum, inquit, dans ei ad comedend-  
um in loco qui dicitur Abyre, & vocat ipsum  
puerum quædam gens Iesum, cuius interpretatio  
est Arabice, Etce, & ascendit cum ea stella Vir-  
ginis æterna.* Tum subjungit Albertus: *Et  
jam scimus, quod sub ascendente parte ejusdem  
signi, scilicet Virginis, natus fuit Dominus nos-  
ter Iesus Christus.* Quasi ista Albumaritis  
pertineant ad natalem Jesu, quæ ad unam  
hanc Virginem spectant. Aptius ad men-  
tem auctoris Rogerus Baconus, homo beati  
ætatè doctissimus: *Intentio est, quod beata  
Virgo habet figuram: & imaginem intra decem  
primos gradus Virginis. & quod nata fuit quan-  
do Sol est in Virgine, & intra habetur signatum in  
Calendario, & quod nutrit filium suum Chris-  
tum Iesum in terra Hebræorum.*

ἰδὼν δὲ τινες ἀπὸ αὐτῶν, &c.] Simoniani, Valen-  
 tiniani, Cerdoniani, alique complures  
 Hæretici duo principia, seu Deos duos sta-  
 tuebant; alterum malum, sed iustum,  
 mundi conditorem, Legis opificem; bo-  
 num alterum, Christi Patrem, & Novi  
 Testamenti auctorem, Tertullianus, &  
 Irenæus adversus hanc doctrinam non se-  
 gnetiter velitati sunt: Origenes vero pas-  
 sim. Hæc à Magis ortum duxit vana-  
 tia, quos duo itidem principia, bonum unum,  
 malum alterum posuisse prodidit Aristo-  
 teles, uti discimus ex Laërtio in Proem.  
 ἀριστοτέλης δὲ ἐπὶ πρῶτῳ ἀπὸ φιλοσοφίας, καὶ ἀποβί-  
 τεραι, ἣ) τῶν αὐτῶν ὡς (μαχίας) καὶ δύο κατ' αὐ-  
 τὸν εἶναι ἄρξας, καὶ αὐτῶν ὅτι καὶ ἐξ αὐτῶν δ' αἰσίου.  
 Aristoteles autem in primo de Philosophia, &  
 antiquiores esse Ægyptiis (Magos) & duo ju-  
 sta illos esse principia, bonum Damonem, & ma-  
 lum Dæmonem, Auctor quoque φιλοσοφούντων,  
 quæ Origeni vulgo tribuuntur, scribit Za-  
 ratam Chaldaeam docuisse, δύο δ' αἰεταί, ἣ)  
 ὁ μὲν ἐπρότερον, ἣ) δὲ ἡβόνει. & τὸν μὲν ἡβόνει  
 αὐτὸν πλεονεχέοντα ἐκ τῆς γῆς, ἣ) δὲ ἐπρότερον, πῦρ,



ματίζον τὰ ἀέρῃ, ὁρμῶν, καὶ ψυχρῶν. Porro bonum Dæmonem Perfæ appellabant Oromasden, malum, Arimān, ut docent Plutarchus in Iside & Themistocle, Laërtius in Proemio, & Agathias libr. 7. Qui Manichæos isto Origenis loco significari credit, meminisset Origenis ætate posteriores eos fuisse.

P. 4. τὰς τινὰ γνώσεις. ] Hæc παρέλκειν conjectabat Vigerus, quæ tamen extant in Philocalia, neque sententiam labefactant.

P. 4. & 5. ἐπεὶ οὐκ ἀπορητικὴν εἶδεν, &c. ] Vel Pſalmum 40, aut 54, aut 103, intelligit, qui Judæ perfidiam vaticinantur; vel quod verisimilius est, id ait ex hypothesi, fingens Propheticum aliquem librum Judæ prodictionem complexum extitisse, qui fortasse nullus fuit.

P. 5. τὰς τινὰ διὰ ἀντίαν. ] Ita plerique Philocaliæ Codices: nonnulli tamē habent, καὶ ἀντίαν. τὰς τινὰς τῆς ἀντίαν. ] Libri aliquot Philocaliæ sic habent: aliqui, τῆς τινὰς.

P. 6. ἡτοιμασέν τῃ τῆς χρόνος ἐσθρα. ] Lege, ἡτοιμασέν, id quod recte vidit Vigerus, & Philocalia confirmat.

ἡτοιμασέν τῆς τινὰς συλλέγειν. ] Alias, συλλέγειν. ἡτοιμασέν τῆς τινὰς. ] Legendum omnino, ἐτοιμασέν. Ita aliqui Philocaliæ Codices; ita optimæ τῶν ὁ Editiones, & Codex Marchali, & ἐν τρεῖς Theodorero sæpe laudati: ita Syrus quoque & Arabs.

τὰς τινὰς διὰ ἀντίαν, &c. ] Quinquē enim præcipui numerantur Alexandri successores, Ptolémæus, Antigonus, Seleucus, Cassander, & Lysimachus: quorum illustriorēs priores quatuor, Joseph. l. 12. Antiq. c. 1, μετὰ τὴν δὲ εἰς πολλὰς ἀρχὰς (ἀντὶ τῶν ἀντὶ ἀντίαν κρείττει. σέλιον δὲ ἐκαστὸν, καὶ τὸν ἐκείν. ἀντίαν. λυσίμαχος δὲ τὸν ἐλλοπειν διείπεν. τὸν δὲ μακεδόνιον εἶχε καὶ ἀντὶ τῶν. πῶς δὲ ὁ λόγος τῶν ἀντὶαν εἰδήσθαι. Cum ad plures imperium (Alexandri) recidisset, Antigonus quidem Asiam obtinet; Seleucus vero Babylonem, & vicinas gentes; Lysimachus autem Hellepontum rex; at Macedoniam habuit Cassander; Ptolemæus vero Lagi filius Aegypto potitus est.

P. 7. ἡ καὶ ἐν διδασκαλίᾳ ἀντὶαν, &c. ] Tertullianus de idolol. cap. 9. Vnum propono, Angelos esse illos desertores Dei, amatores feminarum, proditores etiam hujus curiositatis, (Astrologiæ) propterea quoque, damnatos à Deo. O divina sententia, usque ad terram pertinax, cui etiam ignorantes testimonium reddunt! Expelluntur Mathematici, sicut Angeli eorum: Urbis & Italia interdicitur Mathematicus, sicut celum Angelis eorum: eadem poena est exilii discipulis & magistris: & libr. de habitu muliebri, c. 2. Nam & illi qui ea constituent, damna impemam mortis deputantur: illi scilicet Angeli, qui ad filias hominum de celo ruerunt, ut hæc quoque ignominia femina accer-

dat. Nam cum & materias quasdam bene occultas, & artes plerasque non bene revelatas seculo multo magis imperito prodidissent (siquidem & metallorum opera nudaverant, & herbarum ingenia adduxerant, & incantationum vires promulgaverant, & omnem curiositatem usque ad stellarum interpretationem designaverant,) &c. Lactantius quoque lib. 2. de orig. err. cap. 17. Astrologiam Dæmonum inventum esse tradit.

τὰς τινὰς ἀντὶαν, &c. ] Boëthius lib. 5. de Consol. Prof. 1. Concurrere vero, atque confluere causas facit ordo ille inevitabili connectione procedens, qui de providentia fonte descendens, cunctis suis locis temporibusque disponit. Atque illud est quod Fatum Stoici appellabant, è quorum Scholis multa depromsit Origenes; connexionem nempe rerum, quam ex illis nonnulli prænotioni Dei subiectam esse, alii contra sentiebant. Vide Ciceronem de fato, & 1. de divinit. Plutarchum de fato, & de placit. Philosoph. lib. 1. cap. 27. 28. Laërtium in Zenone, Chrysippum apud Gellium lib. 6. cap. 2. Plotinum Ennead. 3. lib. 1. & Augustinum lib. 5. de Civit. Dei, cap. 8.

ἡ τῶν ἀντὶαν ἀντίαν, &c. ] Origenes Tom. 1. in Epist. ad Rom. & Philocal. cap. 24. εἰς τὴν τῶν ἀντίαν τῶν ἐσθρῶν τῶν ἀντὶαν ἐπὶ ἀλλήλων ἐκαστὸν ἡμῶν ἰδίαν ὁρμῶν, τὸ ποιεῖν, &c. τὸ ἀντὶαν. Minime ergo existimandum causam futurorum prænotionem esse: sed quia futura erant juxta proprios affectus facientis, propterea prænotuit: & lib. 2. contra Cels. ὁ μὲν κῆλος ἐστὶν διὰ τὸ τοιοῦτον τὸ ἐπὶ τινος ἀπορητικῶς διασπῆναι, ἐπὶ ἐκαστῶν. ἡμῶν δὲ τὸ τοιοῦτον εἰδόντες, φησὶν, ἐπὶ τῷ ἀντὶαν εἶναι τὸ ἐσθρῶν, ἐπὶ ἀπορητικῶν αὐτῶ ἀντὶαν, ἀλλὰ τὸ ἐσθρῶν, ἐπὶ ἀντὶαν, ἐπὶ ἀπορητικῶν, τὸ ἀντίαν τῶ ἀπορητικῶν παρεχόμενα τὸ αὐτὸ ἀπορητικῶν. Celsus putat quod aliqui præscius prædixit, ideo fieri, quia prædictum est: nos vero hoc non concedentes aimus, non prædictorem causam esse futuri, sed futurum illud, quod omnino eventurum erat, etiam nemine prædicente, præcognitori causam prædicendi præbuisse. Idem repetit inferius libro eodem, & libr. 7. Commentar. in Epist. ad Rom. Quæ ratiocinatio deinde trita est & pervulgata ab iis Patribus, quorum loca colligit Tarinus in Philocaliam p. 706. & à Procopio Gazæo in eundem hunc quem tractamus Genesios locum. At eam tamen non probat Boëthius lib. 5. de consolat. Prof. 3. Neque enim, inquit, illam probationem, quæ se quidam credunt hunc questionis nodum posse dissolvere. Ajunt enim non ideo quid esse eventurum, quoniam id providentia futurum esse prospexerit; sed è contrario potius, quoniam quid futurum est, id divinam providentiam latere non posse. Et Augustinus lib. 15. de Trinit. cap. 13. Univerſas creaturas suas, tam spirituales quàm corporales,

P. 8.



AD ORIGENIS COMMENTARIA

*les, non qui sunt, ideo novit, sed ideo sunt, quia  
novit. Quod non repugnat tamen ulterius  
illi Patrum dogmati, quo res ideo prænosci  
dicitur à Deo, quia futuræ sunt; nam ita præ-  
noscitur dicitur notione, seu scientia quam vi-  
sionis appellant: Augustinus autem ideo res  
esse dixit, quia novit Deus, notione videli-  
cet simplicis intelligentiæ, ut vocant. Quo  
recidit solutio illa quam adhibet S. Tho-  
mas, p. i. q. 14. a. 8. respondens loco Origē-  
nis, ex Epist. ad Rom. objecto; Origenes,  
inquit, locutus est attendens rationem scientiæ,  
cui non competit ratio causalitatis, nisi adjuncta  
voluntate. Sed quod dicit ideo præscire Deum  
aliqua, quia sunt futura, intelligendum est se-  
cundum causam consequentiæ, non secun-  
dum causam efficiendi. Sequitur enim, si aliqua  
sunt futura, quod Deus ea præscierit; non ta-  
men res futura sunt causa quod Deus sciat.*

P. 10. ὁ δὲ ἐπεμύθη, &c.] Quæ sequuntur, iisdem fere verbis in Commentarium suum transtulit Procopius Gazæus.

αποδὲ οὕτως γὰρ ἐχόμενον, &c. ] Perturbata hæc  
erant in Philocalia, quæ proxime à vero ita  
restituēbat Tarinus: καὶ γὰρ ἀποδὲ οὕτως ἐχόμενον,  
σφοδρότητι, &c.

P. II. *et de his q̄libet*] Hoc est, *perpendit, verum*  
*quaerendo objicit.*

φιρε δὲ, ὡς ἠνωμένον καὶ κατὰ, &c.] Sydera, te-  
rum in humanarum πολιτικὰ [sc. ἀποστασιακά  
sunt; an οὐρανικά] solum, dubitabat Plato,  
dubitabat & Seneca. Posteriores senten-  
tiam amplexi sunt Origenes, ejusque æqua-  
lis Plotinus Enn. 2. lib. 3. cap. 1. & 7. & Enn.  
3. lib. 1. cap. 6. & ex Plotino Macrobius lib.  
1. in Somn. Scip. cap. 10. & Auctor posteri-  
oris Commentarii in Job, à Peronio Latine  
redditi, & Origeni vulgo adscripti in  
Job. 38. 7. Hanc autem doctrinam impugnat  
Augustinus lib. 5. de Civ. Dei. cap. 1. *Quod si  
dicuntur*, inquit, *stelle significare potius ista,*  
*quam facere, ut quasi locutio quadam sit ista*  
*positio, prædicens futura, non agens (non enim*  
*mediocriter doctorem hominum suis ista sen-*  
*rentia) non quidem ita solent loqui Mathe-*  
*matici, ut, verbi gratia, dicant, Mars ita positus*  
*homicidam significat, sed homicidam facit, &c.*  
Fufius autem & acrius eandem confutat  
Procopius in Gen. 1. 14.

τα παρεληλυθότα δι' ἑτερον, &c. ] Editio Vigeri, δι' ἑτερον πάν. alius ejusdem Codex, ἀπὸ ἑτέρου, quod ipse secutus est. Hæc non improbo; sed tamen Stephani lectio ferri potest, emendes modo, ἐκ ἀπὸ ἑτέρου.

τῶν ἄναν λαβόντες τῷδε τῷ ἀνδρῶπι·] *Natalem*  
*horam* videlicet, uti appellatur Horatio; seu  
*fati horam*, uti à Juvenale: idem dixit: *hora*  
*sumitur ex libro*; & Persius: *nata fidelibus*  
*hora*; & inde ἀρεσκοπῆν.

καὶ καθαίρει, ἢ ] Lego: καὶ καθέλκον ἦ. res clara est,  
neceget probatione.

ⲙⲧⲧⲉ ⲁⲛⲁⲓⲟⲗⲓⲕⲉ, &c. ] Quatuor genituræ

cardines enumerat, ἀναπολλῶ, δύσει, μεταστάν-  
μα, quod corrupte apud Firmicum lib. 2.  
cap. 18. μεταστάνη appellatur, & ὑπέρου, seu  
ἀντισυμπάνημα. Horum siglis vocem ἀδμα  
formari nonnulli subinde cum observa-  
runt, mirabiles inde allegorias excogita-  
runt.

ὁ δὲ πατὴρ πύτατος, Plotinus lib. i. cap. 5.  
 Fnn. 3. ἐν μὲν ἑρῳίαν τύχην δὴ τῶν παιδῶν  
 ὁ νόστος. Ἐπαύρων ἀδελφεὺς, ἵνα ἐπὶ τοῦ ἰατρικοῦ  
 σπουδάζῃ τύχην. δὴ τῇ πατρὶς ὁδῇ τῇ αὐτῇ  
 γροῖσταν λήξας, Ἐξ ἀδελφῶν, ἀδελφῶν διαίτας,  
 Ἐκ γυναικῶν τὰς τῶν πατέρων, ἀναπληρῶς τῶ  
 τῶν οὐκείων πῶς ἂν οὐκ ἡλικίᾳ χρεῖται διπλῇ ἀφ᾽ ἑ  
 ποῦν. ἀλλ᾽, ἐκ πατρὶος ὕψος ἔχον τῶν πατέρων; ἡ δὲ οὐκ  
 τὰ πρότερα ἔσται τὰ ποσειδῶν, ἡ δὲ μετὰ ταῦτα, καὶ  
 ταῦτα. Quippe etiam parentum fortunes a fi-  
 liorum generatione; filiorum conditiones in-  
 jusmodi erunt, & quos incurrent casus ab ipsis  
 parentibus, de iis qui nondum sunt nati, prae-  
 cident. Afratrum quoque genituris saepe fra-  
 trum mortes: & ex mulieribus quoque ad vivos  
 pertinent, & vicissim ex his illa conieciunt.  
 Quomodo igitur unicuiusque habitus adfue-  
 rat facit ea, quae jam ex patribus habitibus esse  
 dicitur: Aut enim priora illa efficiendi vim  
 habebunt; aut si illa non habent, neque ista.  
 Eadem haec Origenis repetunt Procopius  
 in Gen. i. 14. & Philoponus lib. 4. ὁ δὲ ἐκ-  
 πομπίας, cap. 18.

καθ' ὃ δὴ ὅτι ] Malim, καθ' ὃ δὴ τι, quam <sup>P. 12.</sup>  
quod proponebat Vigerus, καθ' ὃ, τι δὴ.

ἡ δὲ ἀποστολικὴ ἐκείνη, &c. ] Credetur lo-  
 cum hunc repperisse Plotinum cum ait lib.  
 3. Enn. 2. cap. 7. Ἔγωγε τοίνυν ὡς περ ἡρώων  
 ἐν θανάτῳ ὑποφαινόμενα, οὕτως καὶ γινώσκουμένα καὶ ἀπερὶ ἡρώων  
 ποιούμενα ῥῳτο ἐν ἑρῷ αὐτῶν. ἰσακλονεῖσθαι γὰρ  
 οὐδὲ τὸ παρ' αὐτῶν σημαία, &c. Sini igitur veluti  
 literæ in cælo, quæ scribantur, velsim scripta  
 sunt, moventur perpetuo, & hoc aliudque opus  
 efficiunt. Unde sequitur significatio quæ ab  
 eis perspicitur. & Enn. 3. lib. 1. cap. 6. de  
 altisris loquens: παρὴν γὰρ δὴ καὶ τῶν ἁγίων τῶν  
 θεῶν αὐτῶν ὡς περ ἡρώων ἐκείνων, τοίνυν ἐκείνῳ  
 ῥῳτο γινώσκουμένα ἰστέον, ὥστε ποικίλται τὸ μυστικὸν  
 ἑρμηνεύοντες, & ἀναγινώσκοντες τὸν ἐν ὁμοθυμαδόν  
 ἄλλοις quoque usui sunt, quod nempe signifi-  
 cationem literarum periti sunt, eas tanquam literas  
 aspicientes legant futura, ex figuris seriosa  
 analogia significationem rimantes, Origenem  
 autem hinc fere αὐτοῦ ἐκείνῳ sequitur Procopius  
 in Genesin.

ἀποκρυφῶν ἐν τῇ ἀποστολῇ τῇ ἰουδαίᾳ, &c.] Liber  
apocryphus, cujusmodi libros sæpe laudat  
Origenes. Laudatur & Tom. 5. in Johann.  
& ab Athanasio, sive quisquis est Auctor  
Synopsisæ, & a Procopio in Genes.

ὡς ἐκτελέμενοι αὐτοῖς &c.] Philip. 3. 5.  
 τῶν δὲ ἐν ἱσραηλῶσι, &c.] Nec ii tantum,  
 sed Ægyptii etiam, appetente decimo  
 quarto anno circumcidebantur: testis  
 Ambrosius lib. 2. de Abrah. cap. 11. Ægyptii  
 quarto decimo anno circumciduntur: &c.



minis eodem anno circumcidi ferunt, quod ab eo videlicet anno incipit flagrare passio virilitatis. & feminarum menstrua fumant exordia: & Strabo lib. 17. ἡ δὲ τῶν δὲ γυναικῶν μαρτυρία παρ' αὐτοῖς, ὅτι πάθος τῶν γυναικῶν παύεται, ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ, καὶ δὲ τῶν ἀνδρῶν ἐκτείνεται. Id quoque maxime student, ut gentitos quoque infantes aiant: eosdem enim circumcitant, feminas vero excidunt. De Ægyptiis loquitur: ac fallitur, cum subijcit idem Judais fuisse in usu. Origenes Homil. s. in Jerem. ἀλλ' οὐκ ἔστιν ἡ περὶ τῶν ἀνδρῶν ἐκτέλεισις, ἀλλὰ τῶν ἀνδρῶν παύσις. Τῶν ἀνδρῶν ἐκτέλεισις ἡ περὶ τοῦ αὐτοῦ ἐκτείνεται. Circumcitantur, secundum id quod sensibile est inquam, non solum ibi qui ex circumcisione sunt secundum legem Moysis, verum etiam alii multi. Ægyptiorum idoli sacerdotes circumciduntur. In quem locum nonnihil infra commentabimur. Nunc quoniam de muliebri circumcisione mentionem iniecerunt Strabo, & Ambrosius, ritum ipsius aperiemus. Ea fit resectione τῆς σαρκὸς, quæ pars in Australium præsertim regionum mulieribus ita excrevit, ut ferro fit coërenda. Id tradunt Medici insignes Paulus Ægineta lib. 6. c. 70. & Aëtius Tetrabl. 4. Serm. 4. cap. 103. Quorum hinc ita pergit: Quapropter Ægyptiis ritum est, ut antequam exuberet (pars illa corporis) amputetur, tunc præcipue cum nubes virgines sunt elocanda. Rem tangit Origenes, cum ait Hom. 6. in Ezech. Adversum masculos virtus ejus in lumbis est; ad versus feminas virtus ejus in umbilico ventris est. Et vide, quomodo bene se in promptu sunt, turpitudinem significaret. Si intellectum est exemplum, quod protulimus de Iob, intellige mihi quia ut in viro præputium circumcidiatur, sic in femina umbilicus amputatur. Quod igitur necessitate primum in vultu est, religione postmodum usurpatum fuit, quod & aliqui de virili circumcisione opinati sunt, ut postea dicemus. Porro hanc consuetudinem circumcidendarum mulierum hodieque retinet Ægyptios ferunt ii qui regiones illas lustrant, ignemque ad compendendam partus hujus luxuriam adhiberi. Scribit Bellerophon lib. 3. Observ. cap. 28. morem hunc fervare feminas in Persia, & Cophas etiam in Æthiopia, Christi licet nomen professas, Leo Africanus lib. 8. narrat Muhammedo lege id præscribi, quamvis in Ægypto tantum & Syria obtineat, munusque id obire vetulas quasdam, per vicos Cairi ministerium suum venditantes. Porro hæc Origenis dum repræsentat Procopius, aliqua ex parte mutavit, si modo Latina interpretatio quam ad manum habeo, fides est.

μαντοποδες Αἰθιοπες hos esse censebat  
amicus meus summus & popularis Stepha-

nus Monachus, magnum rei literariæ columen. Erant apud Æthiopes quidam, Himantopodes dicti, hoc est, loripedes, quod cruribus lorii instar flexis & fluxis, serpere potius quam ingredi viderentur. De his Mela & Solinus ita videntur differrere, quasi id vitium tota aliqua gens ab ortu retulerit. Bene vero est quod ex Origene discimus tales arte factos fuisset, non natura; nec totam gentem, sed quosdam tantum genium patella fuisse multatos; eos fortasse quos domi desiderare vellent, non ad bella exire, quosque domesticis officiis & privatis, non campestribus vel publicis destinarent.

παρὰ τὰς ταῦτα ποιεῖν, &c.] Tertia illa & pervulgata adversus Genethliacos argumenta sibi objicit Firmicus cap. i. lib. i quæ deinde cap. 3. dissolvit.

χερ' ἃς ἑρροσκοπικὴν. ἔκτεθ' αὖ τὴν, &c.] Reda  
 videtur & sana hæc lectio : ἡ ἀεροσκοπικὴ  
 enim eadem est quæ & μετεωρολογικὴ. μετεωρῶν  
 enim nomine sydera quæ continentur.  
 At ἡμετεωρολογικὴ ea est, quæ & ἀποτελεσματι-  
 κή, seu προσωποική, seu ποικιλική, quam & ἀερο-  
 λογική appellant. Prior illa circa stellarum  
 motus & ἡμετεωρισμὸς verifatur, quibus futu-  
 ra hominibus à Diis significari & portendi  
 Ethnici crediderunt : nam Solis pūra, Lu-  
 næque defectus Deorum iram nuntiare sibi  
 persuaserunt. Ipſi quoque Christiani si-  
 gna iudicii postremi, non causā, in Sole,  
 Luna, & Stellis futura sciunt, multaque ab  
 his portendi, non effici. Vide omnino Basi-  
 lium Hom. 6. in Hexaëm. Ambrosium in  
 opere cognomini lib. 4. cap. 4. sed præfer-  
 tius Procopium in Genes. i. 14. Genethi-  
 aſorum autem doctrina humanarum rerum,  
 sive casu contingentium, sive sponte gesta-  
 rum significationem & causā sibi deribus tri-  
 buit. At quoniam veteribus fere Astro-  
 nomis solenne fuit, non ἀεροσκοπικὴν tan-  
 tum, & ἡμετεωρολογικὴν excolere, sed priorem  
 etiam posteriorem causā ; astrorumque ſci-  
 entiam ad futurorum prænoſtionem con-  
 vertere, inde factum est, ut utraq; ad futu-  
 ri ſcientiam pertinere dicta ſit. Ptolemæus  
 Procm. Tetrabil. Rerum in quibus est pro-  
 γνοſτικὰ ἡ ſcientία ſtellarum cognitio, magnas  
 & præcipuas duas eſſe deprehendimus. Quarum  
 altera quæ præcedit & eſt fortior, eſt ſcientia Solis  
 & Lune, nec non quing. ſtellarum erraticarū  
 figuras demonſtrans, quas suorum motuū cauſā  
 & unius ad aliam, eorumq; ad terram collatione  
 contingere manifeſtum eſt. Altera vero eſt ſci-  
 entia, quæ explanatur & mutations & opera  
 quæ accidunt, & complentur propter figuras cir-  
 cūcis earum naturales eis in rebus quas circū-  
 dant : & ante Ptolemæum Manilius l. 1.  
 Astron.

luvat ire per ipsum

Aëra, & immenso spatiantem vivere cælo,  
Signaque, & adversos stellarum noscere cursus.



Quod solum novisse parum est: impensius ipsa  
Scire juvat magni penitus praeordia mundi.  
Ceterum eandem hanc Origenis ratioci-  
nationem persequuntur & exponunt Basili-  
us Hom. 6. in Hexam. Ambrosius lib. 4.  
cap. 4. Hex. Philoponus lib. 4. *ἡ δὲ τῆς κοίτης*  
cap. 18.

*τὴν μάλλον δὲ τὴν ἀστέριον*, &c.] Plotinus Enn.  
3. lib. 1. cap. 5. *εἰ δὲ εἰς τὴν τῶν ἀστέρων ὁρίων*  
*ὁρῶντες ἄλλοι ἐκαστὸν λέγουσι, τὰ γινώσκοντα παρ' ἐκεί-*  
*νων ποιεῖν τεκμαίρεται, ὁμοίως δὲ καὶ οἱ ὄφεις ποιη-*  
*τικοὶ ὧν σημαίνουσιν εἶναι, καὶ πάντα εἰς ἃ ἐλθέοντες οἱ*  
*πάντας ἀπολέγουσιν.* Sin autem ex eo quod habi-  
tudinem stellarum suspicientes singulis futura  
praenuntiant, ab illis fieri quoque opinentur: per-  
inde id se habebit, ac si aves eorum qua signifi-  
cant cause forent: similiterque si omnia, quo-  
rum inspectione vates praesagiunt, facere etiam  
qua significant, dicentur.

P. 14. *ἢ μὲν τὸ καὶ πρὸς αὐτὸν*, &c.] Procopius Gaz.  
in Genes. hunc locum exscripsit.

*Φέρεται δὲ διὰ τὸν χρόνον*, &c.] Motus hic est,  
qui Praecessionis æquinoctiorum ab Astro-  
nomis vulgo appellatur, quo stellæ fixæ ab  
æquinoctiis & solstitiis cardinibus digressæ,  
super polis zodiaci, *ὡς τὰ ἐπὶ πόλιν* paulatim  
verti compertæ sunt. Hunc autem motum,  
ex Timocharidis, Hipparchi, suisque adeo  
observationibus, centum annorum spatio  
gradum unum absolvi Ptolemæus statuit  
lib. 7. Magn. Construct. cap. 2. *ὡς ἐκ τῶν*  
*τῶν ἡμῶν μοιρῶν εἰς τὰ ἐπὶ πόλιν ἀστέριον ἐν ἑκα-*  
*τόν ἔτησι γινώσκοντες ἐκείνους, καὶ δὲ τὰς καὶ*  
*ἐπὶ πόλιν ἀστέριον ἀπονομιῶν φαίνεται.* Et ex iis unius  
gradus in consequentia progressio intra centum  
propemodum annos confici deprehensa sit,  
quemadmodum & Hipparchus suspicatus esse  
videtur. Ex quo efficitur 36000. annorum  
decursu totum circulum Fixas evolvere,  
qui annus Platonius, sed annus magnus di-  
citur à nonnullis. Tardiorẽ vero hunc  
motum faciunt Tabulæ Alphonsinæ, ita ut  
totis 49000. annis periodum hanc absolvi  
Rex Alphonsus crediderit. At brevioribus  
eam spatii determinavit Albategnius, nec  
plus quam 23760. annos ei tribuit, quippe  
quam 66. quoque anno gradum unum ex-  
plere deprehenderit: quam sententiam ob-  
servationibus suis longe accuratissimis ad  
verum proxime accedere confirmavit Ty-  
cho, nam intra 67. annorum spatium gradu  
uno fixas *ὡς τὰ ἐπὶ πόλιν* progredi, totumq;  
illud curriculum 24120. annis peragrarẽ  
competit. Jam vero ut ad Origenem re-  
deamus, motum à Ptolemæo constitutum  
respexisse eum liquet: hujus verba male ab  
Interpretibus accepta sic rectius converte-  
ris: Fertur sane Theorema, ostendens Zodia-  
cum circulum, perinde ut Planetas, deferri ab  
occafui in ortum, intra centum annos gradu uno.  
*ἂν ἐκ τῶν νεώτερον*, &c.] Loci hujus hiatum  
oratio pendula arguit. Hunc sic explebat

Vigerus: *ὡς αὖτε μορφώματα*, ἢ μὲν λαμβανόμενα  
τὰ ἀληθέως ἐκ τῆς μορφώματι, ἂν ἐκ τῶν νεώτερον &c.  
*ἔστι δὲ τὸ πρὸς συγκεχυμένον*, &c.] Vide in  
hunc locum Salmaſium de annis Clima-  
cticis, p. 619.

*καὶ ἡ ἀνύλας γὰρ τὸ ἀνάλον*, &c.] Locum P. 15.  
integrum profert Philoponus *ἡ κοίτης*,  
lib. 4. cap. 17. qui talis est: *καὶ ἐπὶ τὸν δὲ*  
*τῆς φθορῆς τῶν πρὸς μετὰ τὴν, οὐδὲ τὴν φθορὰν*  
*μετὰ τὴν εἰς ἐξουσίαν τὴν ἡμετέραν, καὶ οὐδὲ τὴν φθορὰν*  
*μετὰ τὴν εἰς ἐξουσίαν τὴν ἡμετέραν.* Et fecit Deus duo lumi-  
naria magna; simul luminare magnum in po-  
testatem diei, & simul luminare parvum in po-  
testatem noctis.

*τοὺς ἡμῶν ἀπονομιῶν καὶ κατηγοριῶν*, &c.]  
Vide Laërtium in Zenone, & in eum Ob-  
servations Egidii Menagii, viri omniur-  
banitatis, doctrinæ, & humanitatis genere  
florētissimi.

*καὶ τὸ πρὸς τὴν ἀνάλον*, &c.] Ita habet Ta-  
rini editio, & ita legebat quoque Genebrar-  
dus: vitioſe, si modo mendosam scriptu-  
ram integrā scimus seponere. Quod si con-  
jecturæ locus est, ita legendum esse su-  
spicari possis: *καὶ τὸ πρὸς τὰ δὲ αὐτὰ γὰρ τῶν*  
*νεώτερον.*

*ὁ νεώτερος τὰς ἡμετέρας*, &c.] Siciple in Epi-  
stola ad Africanum: sic sæpe Hierony-  
mus. Non frustra ergo summam Aquilæ  
in interpretando fidem prædicavimus in li-  
bris nostris de interpretatione.

*ἐν ἄλλοις πεποινη*] Male recentior Inter-  
pres, aliud nihil fecerit: recte Genebrardus,  
non aliud posuit: *ποινὴν* enim sapientiam, po-  
nere, scribere, ut docent Grammaticorum  
filii. Clemens Alex. Strom. 6. *ὅφρα τὸν*  
*ποινῶν*, & *ἐν ἐκείνῳ πεποινη*, & *ἐκείνῳ* δὲ  
*ποινῶν*, initio libri; & ita fæpissime  
Origenes.

*ἐκπεπληρωσιν* *ἐν τῷ*] Valentiniani videli-  
cet, Marcionistæ, aliiq; eorum cor-  
porati.

*ἐν νομομονοῦντες μὲν προσήσαντες*] Hoc est, qui  
recte sentiunt, non ut Interpretes, cordati &  
sinceri.

## IN EXODUM.

*ὡς ἂν καὶ ἀποκλήρωσιν*] Interpres, auctori. P. 17.  
tate sua; melius Genebrardus, *sortito*:  
verte, *sortuito*, temere. Vide Nos infra  
ad Tom. 15. Origen. in Matth. 20. 11, 16.  
ad p. 398. & ad Tom. 17. in Matth. 22. 1. &  
seq. ad p. 476.

*ἐν δὲ τῶν ἀποκρυμμένων*, &c.] Lego: *αὐτὸς τῶν*  
*ἀποκρυμμένων*. & verto: unum autem ex reconditis  
esse, sinceram super illo Scripturæ loco inter-  
pretationem.

*καὶ τὸ πολυμένων τὸ ἐν*] Scribit enim P. 18.  
Epiphanius Har. 42. cap. 3. 6. 7. 13. præter  
duo



duo illa Principia, Opificem nempe judicem, & justum; & Bonum, Deum; tertium à Marcione fuisse inductum, Malum nempe, qui & Diabolus. Trium ergo suorum principiorum hoc bonum, justum illud, tertium malum esse fingebat. Auctor Dialogi de orthodoxa fide quosdam scribit à Marcionis schola tria hæc ponere principia; ita ut principium bonum justum non sit; justum item non sit bonum; malum nec justum sit, nec bonum; alios vero ex eadem schola duo tantum, ut mox ostendimus, statuere principia, bonum & malum. Christum autem Opifice natum quidam è Marcionistis; alii ex illis Malo progenitum cum statuabant. Id commentum Syriacum eundem, non Marcioni, Eusebium adscripsisse testatur Auctor Prædestinati à Sirmondo editi lib. i. Har. 21. At Tertullianus lib. i. adv. Marcionem, cap. 6. duo duntaxat posuisse illum principia asserit: *Alioquin, inquit, certi Marcionem disparem Deos constituere; alterum judicem, ferum, bellicipotentem; alterum mitem, placidum, & tantummodo bonum atque optimum.*

ἰστέον τὸν θεὸν φέροντα τὸν πῦρ, &c.] Valentiniani, eorumque consecranei, cum triplex hominum genus statuerent, πνευματικῶν, ψυχικῶν, & σαρκικῶν, seu χερικῶν, postremos illos ad interitum factos à Deo, boni quicquam agere non posse decernebant. Vide Nos ad Comm. in Matth. 17. 24. p. 317. & in Joh. 4. 46. Tom. 18. & in Johann. 8. 41. Tom. 22. Videndus quoque Origenes Philoc. cap. 20. ex Tom. 3. de Princip. ubi quæcunque fere hic disserit, continentur: & cap. 24. & 26. ejusdem Philocaliæ: & Homil. 6. in Exod. & Homil. 2. in Jerem. ubi Manem Origenis ætate posteriorem perstringi falsò Genebrardus existimavit: & lib. i. ἀπὸ ἀρχῶν, cap. 5. & 8. & lib. 2. cap. 11. & Tract. 35. in Matth. & lib. 5. contr. Celsum. Videndus item Irenæus lib. i. cap. 1. & Tertullianus adv. Valentin. & Epiphanius Har. 31. cap. 7. Porro in eam videntur inducti sententiam Valentiniani ex 1. Joh. 3. 9. 10. & 1. Joh. 5. 4. 18. & Judæ 19. Præluferant ipsis Stoici simile quid propugnantes; quos eleganter confutat Cicero in libro de fato.

P. 19. καὶ ἡ κατάξις, &c.] Verissimum est quod à Genebrardo, & deinde à Tarino observatum est, legisse Origenem: καὶ κατάξις, id enim omnino ratiocinatio ejus postulat. Et ab Ebraico quoque contextu negandi particulam abfuisse Origenes ipse testificatur. At universæ quæ hodie circumferuntur, tum Ebraei exemplaris, tum LXX. Senum Editiones habent *וְהָיָה*, καὶ ἡ κατάξις, cui scripturæ omnes omnino Interpretes consentiunt.

ἀνέκδοτος ἰσχυρὸς ὅς ἐστι σωματοποιῶν, &c.] Ita P. o. legebat Iarimus, unde Interpretationem, quam nobis proponit, quomodo exsculpere potuerit, non video. Legendum, ἐκτελεῖν, & mox, παρ' ἐαυτοῦ, id quod vidit Genebrardus.

ἀνδρὶ ὁν ἐκ δαδίστα σὺ &c.] Hæ ex Ezech. P. 21. 24. 13. petita sunt, ut ex Ebraeis, & Vulgata, & reliquis interpretationibus satis constat. At vulgata ὅς ἐστι Editiones multum inde recedunt.

καὶ εἴτε δι' ἐνδὺν,] Ita Homila 5. in Ezech. P. 22. quam vertit Hieronymus, conceptus est iste Lucæ locus: *Ignem veni mittere super terram, & utinam jam ardeat.* Hinc confirmatur prolata ab Hugone Grotio loci hujus Lucæ interpretatio, qui in antiquis Codicibus ita scriptus exstat: καὶ τί θείω, εἰ ἴδω ἀπόθνη; Hunc autem ita distinguit Grotius: καὶ τί θείω, εἰ ἴδω ἀπόθνη. & sic exponit: *Quid autem est quod opto? Utinam jamjam accendatur.* ei enim cum Indicativo, *Utinam*, apud Hellenistas significare erudite confirmat. Huic expositioni adstipulantur non Syrus modo, sed Arabs etiam, & Persa; & multo magis ipse, ut liquet, Origenes, quem non ita in Luca legisse crediderim, uti hoc loco scriptum est; sed quum locum ex memoria recitaret, sententiam eandem aliis verbis retulisse verisimile est.

P. 24.

ἐν ταῖς αὐταῖς εἰς τὴν ἐξουσίαν σημειώσεων.] Quid sint σημειώσεις, diximus in Origenianis lib. 3. cap. 2. Hac appellatione scripta ea continentur quæ ad aliud scriptum adjiciuntur. Itaque plena Commentaria, quos Tomos inscripsit Origenes, & Scholia vocabulo isto significata reperias; nam utraque ad contextum adiciebantur, cujus gratia fuerant elaborata. Hoc autem loco Tomi notantur.

## IN LEVITICUM.

οἱ δὲ τῶν ἀδουτάτων, &c.] Marcionistas, P. 26. aliosque eorum συμμύσας lacessit.

## IN JOSUE.

ἀπὸ τῶν τοῦτων ἀναγνώσεων.] Et mox: *ἐκλήμμεθα ἀπὸ μὲν θεοῦ τὴν ἀκούσαν μὴ ἐκκακεῖν ἐν ταῖς ἀναγνώσεσιν. τίς γὰρ ἡ ἀπὸ μὲν θεοῦ ὑπὲρ τῆς μὴ ἐκκακεῖν τὴν ἀκούσαν τῶν τοῦτων ἀναγνώσεων λεκτικόν* & sæpe lectionis Scripturæ mentionem facit hoc capite; priscae enim Ecclesiæ ea consuetudo fuit, ut populo ad sacra coacto partes quasdam Scripturæ prælegi, & à Concionatore exponi Episcopus curaret.

P. 28.



P. 27.

IN LIBR. REGVM.

P. 28.

Euseb. lib.  
6. Histor.  
ccp. 19.

Vide nos  
infra in  
Ioh. 2, 12  
& seq.

πρωτων εσων πελοπον., &c.] *επειτα*  
hic appellat, quæ in usitata Bibliorum di. P. 20.

*Talia quidem dicet, qui Samuelem revera edu-*

μη ἀμαρτίας ] Omnino legendum: P.  
μη ἀμαρτίας, infra: ὅτι ἐφοβεῖτο τοι καὶ μὴ πῦρ  
ἀμαρτίαν ὁ θαυὶς.

*Quemadmodum neminis erat Iordanem pedi-*

IN PSALMOS.

Κηλεῶς καὶ, &c.] Hilarius Pictaviensis P. 37.  
hæc omnia in Prologum suæ Plalmorum  
Explanationi præfixum transtulit.

De Ambrosio illo, primum P. 38.  
Marcionista, vel, ut alii, Valentiniano, vel, <sup>Phil. Tr.</sup>  
ut quidam, Sabelliano, deinde ab Origene <sup>121.</sup>

αἰξῶμεν τοῖς αἰσ., ἐπεὶ &c.] Videtur aliquid  
in hac Pericopa ad explendam sententiam  
desiderari.



P. 39.

Ἐν τῇ ἱβραϊκῇ] Fadem hæc habet Hilarius Prolog. in Explan. in Psalm. non quidem ab Ebraeo illo desumpta, ut dubitat Tarinus: sed ab Origene potius, à quo plurima eum transtulisse eum in hunc Prologum, tum etiam alibi, à Nobis in Origenianis observatum est.

P. 40.

τὸ κτίσαντος τὸν κόσμον, &c.] Vide Nos supra ad p. 3. in Genes.

Ἐν τῇ ἱβραϊκῇ ἐπισημαίνω] Verte: ad quem mentem nunc pie advertimus.

Ἐπεὶ οὖν τὸ κτίσαντος, &c.] A δημιουργοῦ ad Christi patrem.

ἢ καλεῖσθαι] καὶ ἁγιάσμα, pro χάρισμα, Græci usurpant. Origenes Tom. 5. in Joh. τῇ δαδόμενῃ σοὶ σωτηρίᾳ καὶ ἁγιάσματι, eis δὲ τὸν & in Epistola ad Gregorium, cap. 13. Philocal. ἀλλ' ἐν τῇ πύλῃ τῇ ἐν ἡμῖν δυνάμει σου ἱβραϊκῶς καὶ ἁγιάσματι, ut abutor, pro utor apud Cicéronem aliquando, & sæpe apud Hieronymum. Id propterea notatur à me, quod aliquibus fraudi fuisse sciam.

P. 41.

ἐν ἀρχοντίον δὲ, &c.] Loci hujus pars reperitur apud Eusebium lib. 6. Hist. cap. 25. & Nicephorum lib. 5. cap. 16. & Suidam in voce ἀρχοντίον. Apud eos legitur: τὰς ἐν δυνάμει καὶ ἐν δυνάμει, quamvis in Philocali Codice Thuanæo, & in antiquo altero quo in Suecia usus sum, legatur: τὰς ἐν δυνάμει καὶ ἐν δυνάμει, quæ significatio locum hic habere non potest, cum de libris agatur. Recte Interpretes uno consensu verterunt: Veteris Testamenti libros.

ἵνα ὁ ἴσῃ ἀποστόλος] Lege ex Eusebio, & Suida: ὁ δὲ ἀποστόλος.

ἵνα δὲ αἱ εἰκοσι, &c.] Hæc ad verbum ferè repetit Hilarius in Prolog. in Explanat. Psalm.

ἀριθμοὶ, ἀμμοφοκωδῆμα] Sic optimi codices. Nicephorus lib. 5. c. 16. ἀμμοφοκωδῆμα at Rob. Stephanus edidit: ἀμμοφοκωδῆμα, ἢ περὶ αὐτῶν, hoc est: ἀμμοφοκωδῆμα, Numeri & Præcepta: quo nomine qui hunc librum appellet, non quemquam extare puto.

σαμὴλ, ὁ δὲ δυνάστης] I. Reg. 1. 20.

ἢ ἀμμοφοκωδῆμα, δὲ πῶς ἐστὶ, ἐστὶ δὲ δυνάστης.] Imo, hoc est: Et Rex David, à quibus verbis initium ducit liber ille.

ἵνα, ὁ δὲ δυνάστης] A. reg. adjunxit.

εἰς ἀσπίδα] Sequi debebat Liber XII. Prophetarum, ut XXII. Librorum numerus impleteretur: hunc autem per libratorum incuriam verisimile est excidisse. Hilarius quippe qui locum hunc Origenis in Prologo suo in Psalmos repræsentavit, XII. Prophetas decimo sexto loco collocavit, uti erudite observatum est à doctissimo Valesio, quem consule.

ἀλλ' ἐπεὶ ἐν τῇ ἱβραϊκῇ, σαρκὶν καὶ σαρκὶν ἐν] Hoc est ἄλλ' ἐπεὶ ἐν τῇ ἱβραϊκῇ, σαρκὶν καὶ σαρκὶν ἐν, &c.] In consimili argumento eosdem fere usurpat Scri-

Dei: vel, ut exponit vir summus Samuel Bochartus: שרבי שר בני נא, Sceptum Principis Filiorum Dei.

ἐν τῇ ἱβραϊκῇ, &c.] de Origenis super resurrectione mortuorum, sententia disputamus in Origenianis.

καὶ τὸν αὐτὸν] Lege, τὸν αὐτὸν, ex Methodo, cujus fragmentum profert Epiphanius, post Origenianum illud quod tractamus. Quod Methodii fragmentum quoniam alterum istud Origenis in Epitomen contractum refert, ab Origenianæ doctrinæ studiosis diligenter versari velim.

ἵνα δὲ πᾶσι δυνάμει, τῇ, &c.] Paribus propemodum cavillis resurrectionem ab Ethnicis impugnari, & irrideri refert Augustinus libr. 22. de Civit. Dei, cap. 12. atque ita concludit: Sed inter hæc omnia questio difficillima illa proponitur, in cujus carnem reditura sit caro, qua corpus alterius vescentis humana viscera fame compellente nutritur. In carnem quippe conversa est ejus, qui talibus vixit alimentis: & ea que macies ostenderat detrimenta, supplevit. Virum ergo illi redeat homini, cujus caro prius fuit, an illi potius, cujus postea facta est, ad hoc percunctantur ut fidem resurrectionis illudant; ac sic anime humane aut alternantes, sicut Plato, veras infelicitates, falsasque promittant beatitudines, aut post multas itidem per diversa corpora revolutiones aliquando tamen eam, sicut Porphyrius finire miserias, & ad eas nunquam redire fateantur: non tamen corpus habendo immortale, sed corpus omne fugiendo. A quibus non multum Origenes recessit. Hieronymus quoque Epist. 27. ad Eustoch. c. 11. eadem ab Origenista quo Jam Paulæ objici solita sese exfuisse scribit.

ἐπεὶ οὖν γὰρ δὲ, &c.] Vide Johan. Tarini P. 43. Observationem ad hunc locum, cui quid addam non habeo.

ἐν τῇ ἱβραϊκῇ τὸ ἴδιον ἐνδοχῆς] Interpres: ex huius expositione dicti: verte: ex interpretatione secundum Scripturam.

καὶ πᾶσι μαλακίαν] Male Interpres: & omnem molliem: recte Vulgata: & omnes languores. Deuter. 28. 61.

ἐπὶ τῇ ἱβραϊκῇ ἡμῖν πορεύσιν, &c.] Videtur locus ille è duobus conflatus, qui habentur Deuter. 28. 22. & 65. ab Origene, vel aliis exemplaribus uso, vel memoria nimium confuso.

πολλὰν ἐν τῇ ἱβραϊκῇ καὶ πᾶσι ἀναστρέψαι] Hu-

jusmodi autem feceratores complures Alexandriæ fuisse verisimile est, quod celeberrimum erat tum temporis Mediterranei maris emporium. Illic autem Commentarios eos, quos in manibus habemus, scripsisse Origenem docet nos Eusebius lib. 6. Hist. cap. 24.

ἐν τῇ ἱβραϊκῇ, &c.] In consimili argumento eosdem fere usurpat Scri-

B

ptu-



ptura locos libr. 3. *ἐν ἀρχῇ*, cap. 1. & libr. 7. in Epistol. ad Rom. sed sententia dissimili; illic enim ad boni operis susceptionem sufficere sibi liberum voluntatis arbitrium, ad ejusdem perfectionem divinæ gratiæ auxilium requiri statuit; qui fuit error Semi-Pelagianorum: hic vero ad comparandam virtutem, eandemque retinendam gratiæ subsidio utrobique opus esse docet. Unde adducor ad suspicandum has Origenis disputationes à Rufino interprete fuisse Pelagianismi aura afflatas, quo ipse fuerat infectus. Quanquam non negamus nimis strictim gratiæ vires ab ipso quoque Origenis fuisse relictas, imò fuisse id ostendimus in Origenianis.

P. 49. *καὶ ἐν τῷ ἱερμῇ*.] Vcl Origenem librarium oscitantia corrumpit, vel sua fefellit memoria; cum Jeremiam pro Michæa nobis exhibuit.

P. 50. *ὅτι ἐπεροδῶν λυγρὰς*.] Verte: *Hereticorum animos*, nam significationem vocabuli hujus, *ἐπεροδῶν*, non satis exprimit illud, *diffidentium*.

P. 51. *ἐλασσαῖτων*.] Epiphanius Hær. 19. cap. 1. 5. & Hær. 30. cap. 3. Augustinus de Hæres. Theodoretus, alii.

*φίλος ὅστις τὸ ἀνθρώπου*, &c.] Epiph. Hær. 19. cap. 1. *ὑποκρίτης δὲ ἐστὶν διδάσκαλος*, φησας μὴ εἶναι ἀμαρτῖαν, εἰ καὶ παρὰ τὸν οὐρανὸν εἰδόμενα πορνικῶσαι καὶ εἰς αὐτὸς διαγορεύει τὸν μόνον ἐν τῇ συνειδήσει καὶ πορνικῶσαι, καὶ εἰ τὸ ἀνθρώπου ἐν σωματι, ἐν δὲ τῇ καρδίᾳ μὴ. Quos etiam simulatores esse docuit; cum nullum negaret esse crimen, si quis persecutionis tempore idola veneretur, dummodo minime id ex animo faciat; aut si quid ore tenus, non item animo profiteatur. Eadem fuit Basilidis doctrina, ut est apud Origenem Homil. 3. in Ezech. & Tract. 28. ac 29. in Matth. Idem scilicet Priscillianistæ, uti scriptum reliquit Augustinus, lib. de Hæresib. & alibi, eosque S. Petri exemplo confutavit, qui quamvis Christum ore tenus, non etiam corde negasset, graviter tamen peccavit, peccatumque amara poenitentia emendavit.

*καὶ ἐβλῆκεν τινὰ φέροντα*, &c.] Qui tamen is fortasse erat, quem ab Elxæo ipso Elcesaitarum antesignano lucubratum fuisse tradit Epiphanius Hær. 19. cap. 1. his verbis: *συνιστάμενος δὲ ἐστὶν ὁ δὲ δὲν καὶ πορνικῶσαι, ὃς ὡς καὶ ἐν τῷ σοφίᾳ. Librum quendam velut Prophetico spiritu afflatus edidit, divina scilicet sapientia plenum.*

## IN CANTICORUM.

P. 52. *ἐν τῷ ἑ' τόμῳ*, &c.] Sequens fragmentum aliquantisper deformatum reperias in Homilia secunda ex illis quatuor, quæ cum

Prologo in Editione Latina Origenis reperiuntur.

*ὁμοῦς γὰρ τις*] *ὁμοῦς* apud Christianos auctores cum significat, cujus animus curis terrenis implicatus, & humi afflictus ad cœlestia nunquam se erigit.

*πυλὸς φίλος τῶν χαίρων*] *Amica luto suis*. Horat.

## IN JEREMIAM.

*προελεῖν δὲ αὐτὸ τὸ ἀποκρίψαν*] Verte: *prædicat* p. 53. *ei quod sibi propositum est.*

*ἐν τῇ πρεσβυτέρῳ καὶ*, &c.] Ita LXX. & Arabes: at Ebraea, & Jonathan, & Syrus & Vulgata habent, *quadragesima*, quæ secutus est Hieronymus in suis ad Jonam Commentariis.

*ὅτι ὁ ἐν τῷ χαίρειν*, ἐάν μὴ προσέχη τῇ ἀναγωγῇ, μὴδὲ ἐξέλθῃ τὸ βέλημα.] Negativam particulam non agnoscit Hieronymus, & sic legit: *ἐάν προσέχη τῇ ἀναγωγῇ καὶ ἐξέλθῃ*: optime, sic enim in fine periochæ hujus: *ἐάν προσέχη τῇ ἀναγωγῇ*. Legendum quoque in Hieronymo: *dicere potest*, non, *discere*.

*ἀβραάμ ἀποστόλῃς*, &c.] Quin & Adamo ipso locum inter Prophetas tribuit Origenes

Commentar. in Cantic. *Inter Prophetas autem numeratur & Adam*, quia magnum mysterium prophetavit in Christo & in Ecclesia, dicens: *Propter hoc relinquet homo patrem suum & matrem suam, & adhaerebit uxori suæ, & erunt ambo in carne una.* Evidenter enim de his dictis ejus dicit Apostolus, quia mysterium hoc magnum sit; ego autem dico in Christo, & in Ecclesia.

*καὶ τὰ φαῦλα τὰ ἐν ταῖς ψυχαῖς*,] Hierony. p. 56. *munus: per varia delicta*: legerat: καὶ τὰ φαῦλα. καὶ τὰ παρὰ τὸν νόμον contractum vel Corde-rio, vel librario fraudi fuit.

*ἐγὼ γὰρ τὰ διαφέροντα καὶ κρείττονα*] Hic lapsus p. 58. est Hieronymus: *Scit enim ab his differentias, scit meliora, scit Dominus eos qui ejus sunt.* Verte: *Novit enim præstantiora & meliora.*

*Θελεῖς με λαλεῖν ἀνθρώποις*, &c.] Hic valde p. 58. luxata erat Hieronymi scriptura: *Scio quendam isto sermone mortali vix eloqui terrestribus*, &c. quæ restitui. In sequentibus: *ἐγὼ δὲ ἀλλοτρίον σου τὸ θεῖον, λόγος ἐμὸς σου τὸ θεῖον*, erandum videtur duplex illud τὸ θεῖον, utpote peregrinum, quodque Hieronymus non agnoscit.

*πῶς λέγει τὸ ἐν ἐπιστομῇ λαλεῖν*] Et Hiero. p. 59. nymus, & sententia ipsa reclamant huic lectioni; lege: *ἐπιστομῇ*.

*καὶ εἶπα, ὁ ὢν*, &c.] Hieronym. *Et dixi: Qui p. 60. es.* At in sua Jeremiæ interpretatione: *Et dixi, A, a, a, Domine Deus.* Hic nempe LXX. istic Ebraice secutus est. Corderius autem: *Et dixi, O m.* Ita quidem vertere debuit.



OBSERVATIONES ET NOTÆ.

buisse, si legisset *ὁ δὲ*, quemadmodum antiquissimæ *ἡ* editiones habent ; at cum legerit, *ὁ δὲ*, ita ut Theodoretus & Complutenses legunt, & revera legendum est, ut ex Exod. 3. 14. constat ; vertere debuit, *Qui es.*

P.61. *καὶ ὁπότεν ἐμπεριπατοῦντο*] Legebat Hieronymus: *καὶ ὁπότεν ἐμπεριπατοῦντο*, quod verum est. Non absurde crediderit aliquis Commentaria Origenis in Matthæum hic significari, in quorum XI. Tomo locus hic, qui habetur Matth. 13. 57. prolixè explanatur. Quamvis enim in Matthæum Tomos elucubrare jam sexagenario major Origenes inceptorit; non prius tamen Homilias illas ad populum habuit; nam ex eo Homiliarum genere sunt, quas cum ex tempore funderet, post sexagesimum annum à Notariis in literas referri permisit, quod ante semper vetuerat. Vide Eusebium lib. 6. Hist. cap. 36. Fidem quoque huic conjecturæ facit vocula, *ὁπότεν*, quæ non, *pridem*, ut à Corderio, sed, *nuper*, vertenda est, ita ut vertit Hieronymus: circa idem quippe tempus in Matthæum scriptis, & Homilias suas ex ore concionantis excipimus.

τὸ δὲ ἐν τῶν σεραφίμ.] Hieronymus: *neque unum ex Seraphim*: legebat *μὴδὲ*, quod verum est, & ex *Isaia 6. 6.* satis extat.

τις ἐστὶ μακάριος ἔσθιν, &c.] Legit: τις ἕως  
μακάριος ἔσθιν, ὡς τὰς βασιλείας . . . . . ἐκείων  
τοῖς διδομένοις ὑπο τῷ θεῷ λόγοις; Hieronymus  
autem sic videtur legisse: ὅστις ἕως μακάριος  
ἔσθιν, &c. absque interrogatione, & ali-  
quid præterea supplebat, quod responde-  
ret πῶς, *opus habet.*

P. 62. <sup>οἱ λόγοι</sup> <sup>ἔτι</sup> <sup>τῷ</sup> <sup>θεῷ</sup> <sup>ἔτι</sup>] Hæc ex Hieronymi  
interpretatione temporis diuturnitas e-  
rafit.

P. 63. *etiam dno servit, &c.] Hinc longe recedit Hieronymus. Quod autem habet, impossibile esse quod semel vivificavit Deus, aut ab eis, aut ab alio occidi, sic interpretatur enim qui vitam æternam participat à Deo factus est, tam firmis à Deo foveri auxiliis, ut eam nequaquam possit amittere. Interpretationem nostram sequentia confirmant, in quibus ad resurrectionem mortuorum ista referuntur. Quomodo autem in futura vita Beati à lapsu continentur, sic tradit ipse Origenes libr. 5. in Epist. ad Rom. Quid autem sit, quod in futuris sæculis teneat arbitrii libertatem, ne rursum corruat in peccatum, breviter nos sermone Apostolus docet dicens: Caritas nunquam cadit. Idcirco enim & fide, & spe major caritas dicitur, quia solacium per quam delinquit ultra non poterit. Si enim in id anima perfectionis ascenderit ut ex toto corde suo, & ex tota anima sua, & ex totis viribus suis diligat Deum, & proximum suum tanquam seipsum ubi erit peccati locus: Et paulo post: Et ideo*

ES ET NOTÆ. II  
merito charitas, que sola omnium maxima est,  
omnem creaturam continebit à lapsu, tunc cum  
erit Deus omnia in omnibus.

ταὺτ' ἐν νεότητει αὐτοῦ παλαιῶτατος &c.] Ba-  
lilianos, Valentinianos, Cerdonianos,  
Marcionistas, aliosque ejus farinae Hæreti-  
cos fuggillat. Origenes in Marth. 19.  
Ἐπισημαίνε τις πῶς τὸ ἀγαθὸν τοῦ ἀντὶ πνέει καὶ τὸ  
καρμὰ καὶ τὸν τὸν ὅσον ἰσὶ ταυτοῖς ἀνεκφάνηται  
τὸν τὸν ἰσὺς διδοῖ, καὶ καταγράφεται αὐτῷ, αὐτὸς ἐπὶ  
ἐκ τῶν τῶν τὰ αὐτὸν ἰσὺς ἐκτελεῖται πᾶσι τοῖς  
ἀγαθοῖς τοῦ πνέει τοῦ. ἰσὺς ἀποκαταστή, καὶ λατρεῖ  
καὶ τὸν τοῖς τοῖς ἰσὺς τοῦ καὶ τὸν τὸν τὸν  
τῷ, καὶ ἰσὺς ἰσὺς. Quæres autem, quomodo  
bonitatem illius cæcitas præcipit, quæ ab eis mi-  
me intelliguntur, qui Deum Legē quantum in se  
est, calumniantur; cumque hoc criminantur  
nomine, quæ ne hominem quidem reprehendere  
promtum foret. Sic enim animum meum induco  
non minus id Deū bonitatem significare: Ego  
occidam, atque illud: Et ego vivere faciam;  
Item & hoc: Percutiam, haud secus ac; Et ego  
sanabo. Idem Homil. 17. in Luc. Ajunt enim  
(Valentiniani) Ecce Deus Legis & Prophetæ-  
rum, videte qualem sit. Ego, inquit, occidam, vi-  
vere faciam; percutiam, & ego sanabo; & non  
est qui eruat de manibus meis. Audiunt, occi-  
dam, & non audiunt, Vivifico: audiunt, Per-  
cutiam, & occidere contemnunt, Et ego sanabo.  
Istiusmodi ambiguitas Creatoris calumni-  
antur.

πλὴν ἢ κτίσις γένηται καὶ εἰκόνα τῷ ἑπερανίῃ] P. 65.  
Ista posteriori hac parte mutilanda sunt:  
καὶ εἰκόνα τῷ ἑπερανίῃ videtur quippe adul-  
terina; πλὴν, autem in, καὶ ἢν, recoquen-  
dum.

χαὶ πληθύεις σαυτῇ πόσιν ] Hieronymus : & *multiplicaveris tibi herbam rosm :* & tota hac  
 Homilia, πόσιν non aliter vertit, quam, *rosm*,  
 at Ebraea habent Jerem. 2. בִּירִית, ubi id  
 LXX. reddiderunt, πόσιν, Hieronymus,  
*herbam borith.* Ita Malachie 3. 2. בִּירִית  
 כִּבְבֹּסִים, vertunt LXX. πῶς πλῆθύνω, Hiero-  
 nym. *herba fullonum.* Quid fit בִּירִית, multi-  
 fariam disputatur : alii imagine esse volunt,  
 & quidquid detergendi facultate pollet, à  
 בִּיר, *expurgare* : Syrus exponit, *sulphur*, alii,  
 saponem ; alii, *ερίθιον*, herbam à Latinis la-  
 nariam dictam, live radiculam ; alii herbam  
 eam quæ Saponaria appellatur, quaque expur-  
 gandis, & detergendis pannis utuntur  
 fullones. Verisimillima hæc est postrema  
 sententia, quam tueretur Hieronymus in  
 Jerem. 2. 22. *Pro herba בִּירִית*, inquit, *quam*  
*nos ut in Ebraea posita est, vertimus, LXX. trans-*  
*ulerunt, πόσιν, ut significarent herbam fullo-*  
*num, quæ juxta ritum provincie Palestine in*  
*ventibus & humectis nascitur locis : & ad la-*  
*vandam sordes eandem vim habet, quam & nitrū,*  
*Matthæus Sylyaticus in Pandectis, voce,*  
*fullones : Saponaria vocatur herba fullonū, quod*  
*ex ea lavant, & abstergunt pannos fullones, bo-*

B 2

rich,



lib. burith, ita & in Borth, & in Guaisdo; ita & R. Jona. Unde dubitandum minime est, quin cum πῶν, herbam, reddiderunt LXX. Saponariam herbam intellexerint; quam cum propria voce appellare non possent, generali, πῶν, nuncuparunt; utpote cujus in detergendis vestibus tritissimus esset & notissimus usus, dubioque locum non relinqueret. Theodoretus in hunc locum: πῶν, τὰ δὲ πῶν φύσιν ἴσμεν ὡς ἔστιν. Herbam appellat, quæ detergendis vi prædita à terra proveniunt. Porro ex πῶν factum est Rabbincum, פֶּמָן, quod Rubiam tinctorum significat. Usurparunt quoque Arabes: Græci reddunt, ἐρυθρόδανον. Hinc Philo in libro, τίς ὁ ἵψος ἐκ τῶν κληρονομῶν: φωνὰ δὲ ἐρυθρὸν ἐρμηνεύεται. Origenes Homil. 2. in Exod. Phua, quæ apud nos Rubens vel Ferocunda dici potest. Hieronymus de Nom. Ebr. in Exod. Fua, rubrum.

P. 66. τὰχα νυν ἑυρίσκω τὸ λόγον, ἐν πνεύματι ἀγίῳ καὶ πυρί. Post hæc verba, ista per Typographum incuriam omiſſa sunt: καὶ ὅτι τὸ αὐτὸν πνεύματι ἀγίῳ καὶ πυρί, sine quibus sensus constare non potest. Contrarium porro docet Origenes Homil. 24. in Luc. eos nimirum duntaxat igneo flumine à Christo baptizatum iri, qui aqua & spiritu fuerint baptizati, & purgatione egerint. At Homil. 6. in Exod. & Homil. 25. in Num. & Hom. 3. in Psal. 36. unumquemque igne purgandum pronuntiat, ut à nobis fufius in Origenianis explicatur.

P. 67. εἰ γὰρ πᾶσιν ἀεὶ οὐ ἱεροῦς ἐστὶ, καὶ πᾶσιν ἀεὶ ἱερὸν ἔστι καὶ ἡ κεκοιμημένη. Verba hæc in Editione Ghislerii per incuriam prætermiſſa sunt.

P. 70. τὸν δὲ τὸ Ἰσραὴλ, καὶ τὸν ἀπὸ τοῦ Ἰούδα. Hieronymus: Si intellexisti duos populos, Israël, & Gentium: sententiam retulit, à verbis discessit. Origenes paulo inferius: Ἰσραὴλ ἡμεῖς Ἰούδα, Ἰούδα ὅς ἐστι τὸν σωτήρα ἐξ Ἰούδα φυλῆς ἀνατελλάντα. & Homil. 9. ἀνδρες Ἰσραὴλ ἡμεῖς ἱεροὺς διὰ τὸν χριστόν. ἀποδείκνυν γὰρ ὅτι ἐξ Ἰούδα ἀνατέλλαντες οὐκ εἰσὶν ἡμεῖς. & Homil. 16. ἀλλ' ἰδὲ ἰσραὴλ. ὡς πολλοὶς ἐρεῖται ἀπὸ τοῦ Ἰούδα προσηγορίᾳ λεγόμενον τὸν χριστόν, μή ποτε ἀμαρτία Ἰούδα ἡμεῶν ἐστὶ, τὸν πιστεύοντων ἐπὶ τὸν χριστόν τὸν οὐ φυλῆς Ἰούδα.

P. 72. τοὺς σκληροὺς καὶ λιθίνους. Ita emendo, vel sic, τοὺς λιθίνους, cum præferat editio Cordiana, τοὺς σκληροὺς.

P. 75. ὅτι ἡμεῖς οὐ πολλαί. Ita & Cod. Vaticanus. Lege: ὅτι οὐ μὲν πολλαί.

P. 76. ἰδοὺ δεῦλοι ἡμεῖς, &c. Ghislerius legit: ἰδοὺ ἡμεῖς ἰσχυροὶ σοί: ita & Complutenses, & Syrus. Sextima Editio habet: ἰδοὺ δεῦλοι ἡμεῖς, quod secutus est Arabs.

P. 77. καὶ τιναν ἀφ' ὧν ἦσαν. Codex Vaticanus habet: καὶ τιναν ἴσαν. legendum conjicit Ghislerius: καὶ τιναν, ὅτι ἐν τῇ ἴσῳ.

ὑπολαμβάνουσιν οἱ αὐτοὶ λατρεύοντες. Frustra hunc locum sollicitat Ghislerius, & legendum putat: ὑπολαμβάνουσιν οἱ αὐτοὶ δεῦλοι λατρεύοντες, & ve-

locus enim sanus est & integer.

ἰσχυροὶ ἀρχόνται. Verre: ne duro pudore afficiuntur. P. 79.

ταῦτα τὰ ἀλλοτρία ποιεῖ, &c. Ita & Vatican. Cod. Legendum conjicit Ghislerius: ὡς ταῦτα τὰ ἀλλοτρία. Malim: ταῦτα τὰ ἀλλοτρία ποιεῖ τοὺς ἀλλοτρίους αὐτῶν, ἴδμεν ὡς αὐτῶν.

ἡμεῖς ὅς ἀπέειν ποιεῖν, &c. Cod. Vatic. ἡμεῖς δὲ εἴν ποιεῖν. ibi Ghislerius: μὴ supplendum P. 80.

parci ex re ipsa; & habetur in fragmento huius Homilie, quod est in Catena Græca Vaticana.

καὶ ὅς ἐστιν ὁ θεός. Ita Cod. Vatic. At Ghislerius legit: καὶ ὅς ἐστιν ὁ θεός.

καὶ ὅς ἐστιν ὁ ἀπὸ τοῦ Ἰούδα, &c. Ita Vatican. Codic. P. 83.

Ghislerius: καὶ ὅς ἐστιν ὁ ἀπὸ τοῦ Ἰούδα, &c. Ita Vatican. Codic. P. 83.

ἡμεῖς ὅς ἐστιν ὁ ἀπὸ τοῦ Ἰούδα, &c. Homilianempe quarta: ἡμεῖς Ἰούδα, Ἰούδα δὲ διὰ τὸ σωτήρα ἐξ Ἰούδα φυλῆς ἀνατελλάντα.

ἀλλὰ καὶ ἄλλοι πολλοὶ τῶν ἀρχόντων. Hæc cum P. 85,

sequentibus in Vaticano Codice hærebant: quæ ita distinguebat Ghislerius:

ὡς οἱ τῶν ἀρχόντων ἰσχυροὶ ἱερεῖς, &c. Lego: ἀλλὰ καὶ ἄλλοι πολλοὶ τῶν ἀρχόντων ἰσχυροὶ οἱ ἱερεῖς ἀπὸ τοῦ Ἰούδα.

Præter Judæos multis circumcisi-

fio in usu fuit, Egyptiis nimirum, Colchis,

Æthiopicis, Phœnicibus, Syris, Arabibus,

& Troglodytis, uti scribunt Herodotus,

Diodorus, Ambrosius, Hieronymus, & alii.

Americanos quoque nonnullos Jucatanæ

provinciæ præputium ponere memoriæ

prodidit Petrus Martyr, Dec. 4. cap. 1. de

Ægyptiis, finitimisque Gentibus insignis

est apud hunc ipsum Jeremiam locus cap.

9. v. 25. 26. Item apud Origenem no-

strum, lib. 1. & 5. contra Cels. de ipsorum

vero Sacerdotibus apertius idem testifica-

tus est lib. 2. in Epist. ad Rom. Nam apud

Ægyptios qui in superstitionibus vestris & veta-

stissimi habentur, & eruditissimi, à quibus prope

omnes reliqui ritum sacrarum & ceremonias

mutati sunt; apud hos, inquam, nullus aut Geo-

metria studebat, aut Astronomia, quæ apud illos

præcipua ducitur illius certe Astrologia & Gene-

seos, quæ nihil divinum putant, secreta rimaba-

tur, nisi circumcissione suscepta. Sacerdos apud

eos, ἀρυσφex, aut quorumlibet sacrarum mini-

ster, vel ut illi appellat, Prophetæ omnis circum-

cisus est. Literas quoque sacerdotales veterum

Ægyptiorum, quas Hieroglyphicas appellant,

nemo discerebat, nisi circumcissus. Omnis Hierophan-

tes, omnis vates, omnis cæli, ut putant, inferniq,

mythes, & consocius apud eos esse non creditur, nisi

fuerit circumcissus. Horus Apollo de Cyno-

cephalo: ἰσχυροὶ δὲ καὶ ἀπὸ τοῦ Ἰούδα ἡμεῖς, &c.

ἰδοὺ δεῦλοι ἡμεῖς, &c. Nascitur autem circumcissus, quæ

circumcisionem studiose observant Sacerdotes.

Sed legibus demum, solis Judæis circumci-

fionis facultas concessa est, reliquis ademi-

ptas. l. 1. c. 1. Ad legem Corneliam de ficiatis



& beneficiis. Qui hunc morem ab Abrahamo Ebraeos, à Deo Abrahamum accepisse vel nesciebant, vel non credebant, varia de eo fabulati sunt. Horatii Scholiastes à Moyse propagatam hanc consuetudinem

scripsit: *Pellicula, inquit, imminuti sunt, quia Moses Rex Iudeorum, cuius legibus reguntur, negligentia medicinalis (lego, medici talis) effectus, & ne solus esset notabilis, omnes circum-*

*cidi voluit.* Herodotus Colchos, Ægyptios, & Æthiopes hanc secandi præputii consuetudinem à π ἀρχῆς servasse scribit, eamq;

ex Ægypto in Phœniciam & Syriam vel ipsis Phœnicibus & Syris fatentibus profuisse: indidemque Abrahamum eam in suos transtulisse nonnulli crediderunt. Strabo quoque Judæos Ægyptiis & originem suam & circumcisionis ritum debere prodit

libr. 17. idemque hoc scripsisse Celsum tradit Origenes. Alii circumcisionem tot

gentium usu celebratam, civili ritu ac politico primum introductam putant, ad præcavendam scilicet lepræ luem, quæ è sordibus sub præputio succrescentibus oriri solet: at à Deo nihilominus Abrahamo traditam, ut quod aliis in orbi antidotum, illi, ipsiusque posteris morbi antidotum simul, & divini fœderis signum esset: ita non circumcisionem solum, sed pleraque Moyse præcepta sanitatis præscriptis accommodata esse. Ego vero circumcisionis mandatum à Deo primum Abrahamum, ab Abrahamo, ipsiusque nepotibus reliquas gentes accepisse opinor: & ab Imaële quidem, & Ceturæ filii Arabes, vicinosq; populos, inde Troglodytas, Arabicam gentem; ab Arabibus quoque, vel ipsis etiam Israelitis Ægyptios & Æthiopes; ab Ægyptiis Colchos, quos circumcisionem suam tanquam Ægyptiacæ originis argumentum proferre tradit Diodorus lib. 1. Ab ipso

Moyse circumcisionem accepisse Æthiopes testatur Artapanus. Sed Chulitas apud quos uxorem duxit, habuit pro Æthiopiis, cum essent Arabes Madianitæ. Colchos tum ritu hoc imbutos fuisse videtur existimasse Scaliger, cum Israelitas Salma-

nasar Samaria depulsi in alias regiones deportavit; propterea; quod Cytæam Colchidis urbem eos transtulerit, inde Cuthæos diſcos fuisse vult quos in eorum locum circa Samariam collocavit. Quæ, si vera lo-

qui fas est, tanto viro parum digna sunt: sic enim hebetur 4. Reg. 17. *Translati sunt Israel de terra sua in Assyrios, usq; in diem hanc. Adduxit autem Rex Assyriorum de Babylone, & de Cutha, & de Avath, & de Emath, & de Sepharvaim: & collocavit eos in civitatibus Samaria pro filiis Israel.* Vides alio traductos Israëlitas; in Assyriam nimirum: Cuthæos aliunde accersitos, nempe è Babylonia, & è

Cutha. Præterea ut Cutham deportatos fateremur Israëlitas; quid Cuthæ commune,

cum Cytæa Colchidis urbe? Josephus Cutham esse scribit Persidis regionem. Eadem nempe illa est ac Susis, seu Cissia, quæ

in factis Literis dicitur: Chaldæi τὴν appellant. Vanæ ergo illæ sunt Scaligeri conjecturæ, neque ex hac Israelitarum deportatione ad Colchos manavit circumcisionis ritus, quem ab Ægyptiis Colchos, ut diximus, hausisse Diodorus prodidit.

ei γὰρ καρδία ἔστιν ἐχέουσα, &c.] Origenes in P. 86.

Johann. Tom. 2. ἡ ἐπιστολή εἰς διὰ τὸν ἐν μέσῳ τῶ πάντες ἡ σωματικῇ τὴν καρδίαν, ἐν δὲ τῇ καρδίᾳ τὸ ἡγεμονικόν, & ἡ ἐν ἡσυχίᾳ λόγος. Hoc vero Peripateticorum est dogma, quod amplexos quoque fuisse Stoicos discimus ex Lærtio in Zenone.

ἔπειτα ἂν ἀδελφὸς τοῦτο τῷ διδασκάλῳ] Lege- P. 90.

bat Corderius: τὸ διδασκάλῳ.

ἐν τῷ μέσῳ ἔστι καὶ ἡ τὴν ἔξωθεν, &c.] Sen. P. 92. sus est: Quemadmodum populus Israeliticus nondum peccandi finem fecit, sed aliquando tandem faciet: ita nec ejus supplicio ac pœnis modum mors imponet, sed tempus illud quo Gentium plenitudo adveniet. Sic enim sentiebat Origenes, ut sexcentis locis demonstrare est.

ἐκείνοι μὲν γὰρ τὰ ἀλλότρια ἐν τῇ γῇ τῇ ἀγίᾳ, ἀλλο- P. 94. τήν, &c.] Consentit Codex Vaticanus, Ghislerius παρέλκεν putat τὰ ἀλλότρια. Corderius videtur legisse: ἐκείνοι μὲν γὰρ τὰ ἀλλότρια ἐν τῇ γῇ ἀγίᾳ ἐποίησαν, ἀλλοτρίους προσκυνοῦσαν. vertit enim: nam illi quidem aliena in terra sancta fecerunt, alienos adorarunt. Existimet Lector, utraque sit emendatio.

ἁλλότριον δ' ἂν εἴπω, &c.] Basilidem, Valentinum, & Marcionem notat.

ἐτήρησε τὸν νόμον τὸν ἐν ἡμέρᾳ παύλῳ.] Ita legit P. 98. Hieronymus; at Corderius, ἐτήρησε. ejus editio habebat, ἐτήρησε.

τίς γὰρ ἐστὶν ὁ λόγος ὁ ἡγεμονικόν, &c.] Origenes Tom. 2. in Johann. ἡγεμονικόν τοῦτο σωματικὸν εἶναι τῆς ψυχῆς λόγος, ἀναγκαστικὸν καὶ ἐκείνους τῶν, οἷον: λόγος κυρίου, ὅς ἐστιν ὁ πρὸς ὁσὴν τὸν πρὸς, καὶ ὁ λόγος ὁ ἡγεμονικόν πρὸς ἡσυχίαν τὸν ἁμώδης, &c.

ἔσονται οἱ διακόπτοντες τὸ θεότητα, &c.] Marcionitas hic quoque attingit Origenes, cum quibus semper ad præliandum compositus est.

ὁ λόγος τὸ πρὸς ἐκείνους] ὁ illud in Hieronymo non comparat, & plane adulterium est.

ἐπεστράφεν ἐπὶ τὰς ἀδικίας, &c.] Hiero- P. 105.

nymiana, quam hic damus, reliquæ Homiliæ interpretatio, ad finem Homiliæ 9 Origenis in Esaïam adjunctam reperies; ubi legitimam Origenianæ ipsius in Esaïam Homiliæ interpretationem loco suo deturbavit, & cur intercederet, causâ fuit. Ea nem-



nampe ad nonam in Jeremiam Homiliam adjicere se putans incautus & parum attentus librarius, ad nonam in Esaiam Homiliam attexit. Atque hinc etiam suspicari possumus, verum esse & genuinum Homiliarum in Jeremiam ordinem, quem tenuimus. Hic ipse porro error geminum Bibliotheca Regia Codicem occupavit.

P. 109. ἑρμηνεύει τὴν ἀναθῶθ, ἰσχυρισμὸς τῷ θεῷ ] Verior hæc esset interpretatio vocis Anathoth-ia, quæ extat. Paralip. 8. 24. quam Anathoth. Ita porro sensit Origenes, vir in Ebraicis non valde versatus, propterea quod ἰσχυρ, inter alias significationes, ἰσχυρῶς etiam sonat. Hieronymus de nomin. Ebr. *Anathoth; responsio, sive respondens, signum, vel obedientia.*

P. 110. καὶ παρὲς ἑτηρὸν, καὶ πεντηκόνταρον ] Hieronymus: *Et seniore quinquagenarium*: id est, ut habet idem Hieronymus in Vulgata: *principem super quinquaginta*: Gallice diceremus, *cinquantenier.*

πάντες οἱ ἀδελφεοὶ ἀδελφίμας ] Hieronymus: *Omnes qui spreverunt contemnescentes*, cujus interpretationis rationem comminisci neutiquam possum. Recte Corderius: *omnes qui prævaricantur prævaricationes.*

ὡς περὶ ἐν ἑσέτι, &c. ] Cum terram inanimam esse definiat hoc loco Origenes, animatam autem non aliter dici posse quam per Angelum, tanquam formam adfistentem, non informantem; satis inde evincitur non huic cum penitus adhæsisse errori, quem ei obijciunt Hieronymus in Epistola ad Avitum, & Pammachium, & Justinianus in Epistola ad Menam, astra videlicet non animata solum esse, sed peccare etiam posse, ac salutem expectare. Sed hæc in Origenianis accuratius versamur.

P. 111. τεταρμένον τινὰ ἀρθεὶν ἐπὶ τῷ ῥῆι, &c. ] Origenes lib. 8. contra Cels. καὶ ἵνα, ἡδὲ γὰρ φάρμακον ἢ χάρις προσάσιν ἀράτων, ἢ ἕως οἰμασθῶ, χωρὶς ὧν, καὶ ἄλλαν ἀποκόμιαν, ἢ μόνον τῷ δὲ τῷ φρονέον, ἀλλὰ καὶ πάντες ναυματίζοντες ὕδατος, καὶ ἀρθεῖν, τινὲς γὰρ φέρειν τὰ ἐπὶ φύσιν λεγόμενα δυνάμει, &c. & paulo post: ἢ ὡς δὲ δαίμονες ἐν ἑκάστῳ τῷ εἰς τὰς βιωτικὰς χρείας λαμβάνοντι, μάλιστα οἱ δυνάμεις αὐτοῖς χρεῖς μεμαδυνότες ἀδελφιστῶν δαίμονες ἰσχύει, καὶ οἶνον, καὶ ἀροδύον, καὶ ὕδατος, ἢ ἄλλο, καὶ λαμβάνοντες, ἀλλὰ μάλλον θεοῖς ἀγγέλοις τοῖς ἐπὶ τοῖς τοῖς τεταρμένους.

Steph. Tom. 3. 148. 149. κατὰ θεματοῖς ἐλόντες ἢ ἰσχυρῶν ] Frustra ergo vocem hanc repudiat Stephanus, quam attulit Erasmus in Annotationibus in Matth. 26. 74. quamque plurima exemplaria repræsentant, & hic usurpat Origenes: quum præsertim κατὰ θεμα, & κατὰ θεματοῖς, tum in Apocalypsi, tum apud Justinum occurrant.

P. 112. ἢ κληρονομία μου; προφητεύει ] His insertum

erat in Scorialensi Codice, quidquid Homilia sequenti post hæc verba: ἢ δὲ δυνάμεις δυνάμεις, ad illa usque: ὡς περὶ ἐν ἑσέτι, &c. continentur; ea nos Hieronymi vestigia secuti, suo loco restitimus.

ὁ δὲ τῷ πάντων ἡμῶν ἰσχυρισμῶν, &c. ] P. 114. Hieronymus: *Qui vero totius Ecclesie arcem obtinet, pro omni Ecclesia reddet rationem.*

Loci quidem illius, in quo perorabat, Episcopum vel Metropolitam Origenes videtur significasse. Has autem Homilias Cæsareæ Palæstinæ fuisse recitatas verisimile est. Ita vel Theodistum Episcopum Cæsariensem, vel certe Babylam Antiochenum Patriarcham designavit. Quanquam Tyrumne jam tum concesserit, certum non habeo. Id vero Hieronymum convertisse verisimile est ad Romanum Pontificem, (ut ejus verba indicant) quem summum Sacerdotem appellat Præfat. in Evangel. ad Damasum, & de cuius potestate multis differit in Epistola ad eundem: *Quaquam igitur, inquit, tui metereat magnitudo, invitat tamen humanitas, a pastore præsidium ovium flagito. Faceat invidia: Romani culmini recedat ambitio: cum successore Piscatoris, & discipulo Crucis loquor. Ego nullum primum, nisi Christum sequens, Beatitudini tue, id est, cathedræ Petri communionem confocior. Super illam Petram adificatam Ecclesiam scio. Quicumque extra hanc domum agnum comederit, profanus est. Si quis in Arca Noë non fuerit, peribit regnante diluvio. Similia habet Ambrosius in cap. 3. Epist. 1. ad Tim. *Ut cum totus mundus Dei sit, Ecclesia tamen domus ejus dicatur, cujus hodie rector est Damasus.**

Romanum idem Pontificem à Rufino designari probabile est, cum ait in interpretatione Homiliæ 17. Origenis in Genes. *Non deficiet princeps ex Iuda, id est, hic qui post resurrectionem ejus (Christi) Ecclesiarum princeps ordinatur.*

καὶ ἐν ὕδατι ἢ διελύσῃ ] Hieronymus: *Et P. 115. per aquam non transibis.* LXX. ἢ διελύσεται. Vulgar. *Et in aquam non inferes illud*, quod Ebreis consonat. Hæc eodem recidunt, nam si cinctu revinctus aquam subeat, subire quoque cinctum ipsum necesse est.

ἀλλ' ἄξιός τῃ ποτηρίῃ τῆς κακίης ἐσθίσαι ] O. P. 116. minno legendum, ἀναξίος, ut innuit Hieronymus, & sensus postulat; tres enim calices proponit, meracum, mixtum, & Novi Testamenti; & priorem quidem impiis postremum sanctis, mixtum iis qui in via virtutis titubant, & incerto passu progrediuntur.

ὁ δὲ τῷ ποτηρίῳ τῷ ὀρθῷ ποσῶ ] Plane mendosa illa sunt, neque his Hieronymi consonant: *aut obtundatur in æ divine aculeis, aut exacuatur.* Corderius autem ad corruptam lectionem interpretationem suam



accommodare studuit: obvianditur aliquo modo, aut non obvianditur id quod est calicis ira, unicuique secundum mensuram peccatorum irrogata. Nos vero donec melior nobis Codex succurrat, legamus πότος pro ποσός, quod mihi tamen non satis placet.

P. 120. *ὡς πάλιν ἐνδοξία τινὲς εἰσὶν ἱερατικῆς, &c.] Hieronymus: De quibus, Deo tribuente, post istius loci expositionem, cum ad Numerorum librum ventum fuerit, disputabimus. Ergo postquam Jeremiam populo exposuit, conclusiones in Numeros habuit, quæ non omnes sane, vel non integræ ad nos pervenerunt; benedictiones quippe illæ sacerdotales capite Numerorum sexto continentur, in quod nulla Origenis Homilia extat.*

*ἐν δὲ τῷ ἀριθμῷ λέγοντες, &c.] Valentinus nimirum, Basilides, Cerdon, & Marcion.*

P. 121. *ἐν δὲ λαβὼν παράδειγμα, &c.] Hæc alio ordine retulerat Hieronymus, quem nos ad Scorialensem Codicem accommodavimus, cum præfertim illud, Accipiam ergo exemplum iudicis boni, orationem inchoare; at istud, accipiam & medicum, perficere videatur.*

P. 122. *ἐν τῇ σωτηρίᾳ ἀξίον γινώμεθα δι' ἄλλον κολαζομένων] Hoc est: si modo per aliorum punitionem digni salute efficiamur: male Hieronymus: si tamen digni sumus salute.*

P. 123. *πορεύσθαι ἡμῖν] Ita correximus, cum habeat Corderiana editio, πορεύσθαι, & legitur ipse Corderius, πορεύσθαι.*

P. 126. *καὶ τὰ ἀπὸ προνοίας ὑπὲρ] Hæc ex Hieronymo ita restituenda sunt: καὶ τὰ ἀπὸ προνοίας ὑπὲρ] ὡς τινὰς δις αὐτῶν ἐστὶν ἀρνησιμὰ, δι' ἃ δὲν ἄλλο ὡς δις πλὴν κοινῶν. ἀντὶ πλὴν κοινῶν, καὶ ὡς ἀρνησιμῶν τῇ προνοίᾳ αὐτῶν καὶ κατ' ὅτι ἀρνησιμῶν τῶν, &c.*

*ὁ δὲ δολὸς ὁρᾷ σκοτεινὸν, &c.] Origenes in Matth. 17. p. 312. ὅτι ἐν τούτοις διμαὶ λέγεσθαι τὰς ἐν κακίᾳ κινουμένης, ἐν μὲν αὐτῇ γινώσκουσιν ἀντιμεταβάς δυνάμεις, &c.*

*ἀλλ' ὅτι ὅτι σκοτεινὰ ἔσται, &c.] Perperam hæc scripta & interpuncta sunt, quæ sic corrigas: ἀλλ' ὅτι ὅτι σκοτεινὰ, ὅταν γινώσκῃ, μὲν τὴν διαβολὴν, καὶ ὅτι ἀπὸ αὐτῆς τῶν σκοτεινῶν ὅρων καὶ ἀναμνήσκει.*

P. 127. *ὁ δὲ πάλιν ἐστὶν ἱεροσολύμων] Hieronymus: At non miserabilis Iudæis: quid si legamus: πολὺν καὶ πότον?]*

*ἐν τοῖς ὅσοι ἐν ἡμῖν, &c.] Hæc auctore Hieronymo sic distinguenda sunt: ἐν τοῖς ὅσοι ἐν ἡμῖν. ἔστιν ὅτι ἐστὶ τὸ, πότος αὐτῶν ἀγέτε.*

P. 130. *τὸν ἱσραὴλ ἀπέλειπεν] Lege, τὸν ἱσραὴλ καὶ λέγεται πρὸς αὐτὸν αὐτῶν ἀπὸ τῶν, &c.] Hieronymus: & dicitur ad eam; Nos non contristamur super Ierusalem, & calamitatibus ejus, & omnis populi illius. Hæc ergo in Hieronymianæ interpretationis exemplaribus desiderantur: τίς φάσις αὐτῇ δι' ἱεροσολύμων, & τίς συνθροπιάσῃ ἐπὶ σοί.*

*ἱερεῖς, φασὶν ἱεροσολὺν παύει, &c.] A Dios, concitavit: Ierusalem vero ἀπὸ τῶν, videt, & ὅτι, pax. Vid. Jof. 18. 28.*

*ὡς τινὰ με ἐτακας, &c.] Hieronymus: Quasi P. 137. quem me genuisti, &c. Græca secutus est ἡ πόσις.*

*καὶ ἐστὶν ὁ ἔτος νόσος πᾶσι θανάσιμος, καὶ διακρίνεται ἐν πᾶσι τῇ γῇ] Hæc Scorialensis codex infra post illa, τίς ἔστιν ἡ νόσος; transposita exhibebat, quæ Hieronymum secutus suo ordine collocavi*

*πιστεύεις εἰς αὐτὸν] Hieronymus: Credis in eum, vesceetur tecum; postrema hæc desiderantur in codice Scorialensi: ἀντιβέβαια quippe sunt, ἐν μὲν κατὰ δὲ κατὰ δὲ, παραδεδειγμένον γινώσκων ἀντὶ τῶν τῶν θανάσιμων, ἐκέρχεται πρὸς δὲ πᾶσι νόσος εἰς αὐτὸν, decet ἀντιβέβαιον, nempe, vesceetur tecum.*

*εἰς ἀγαθὴν πρὸς τὸν ἐχθρὸν] Hieronymus: in P. 139. tempore tribulationis eorum exurgat inimicus, legebat fortasse, ἔγχεσθαι τὸν ἐχθρὸν.*

*τίνος θανάτου ἔσθ' &c.] Usque ad πότον πόσις: Hæc in interpretatione Hieronymi desiderantur.*

*ὁ δὲ πέντε αἰσθητὸν ἔτος, &c.] Origenes libr. P. 140.*

*4. contr. Celf. τὰς ἀρχαίας καὶ ἔτι καὶ δὲ διμαί, ἀπ' ὅτι ἐστὶν αὐτῶν τὸν ἱσραὴλ, γινώσκων ὅτι πλὴν ἱεροσολύμων κατὰ δὲ πρὸς. In eo præceptorem suum Clementem Alexandrinum secutus est, qui Stromat. lib. 1. sic habet: ἀπ' ὅτι ἐστὶν ἔτος κατὰ δὲ τῆς κατὰ δὲ ἱεροσολύμων, γινώσκων ὅτι πλὴν, μὲν δὲ γ'. Hæc nimirum fuit orum ratio, qui Christum anno Tiberii XV. passum crediderunt, & anno circiter uno prædicasse. Origenes libr. 4. ἀπ' ἀρχῆς, cap. 1. Christum ait anno & aliquot mensibus docuisse: & Homil. 32. in Luc. Iuxta simplicem intelligentiam ajunt uno anno Salvatorem in Iudæa Evangelium prædicasse, & hoc esse quod dicitur: Prædicare annum Domini acceptum, & diem retributionis. At in annum XVIII. Tiberii mortem ejus confert Eusebius, quum post annos XL. excisa docet Hierosolyma, Histor. lib. 3. cap. 7. Utraque opinio magis sefe auctoribus tuetur. Minime autem stare potest Phlegontis Tralliani sententia, quem in Olympiadibus, sive Chronicis scripsisse refert Origenes à XV. Tiberii anno ad Hierosolymitanam ἀλώσιν, quadraginta annos intercessisse.*

*ἐν τῇ ἱστορίᾳ καὶ μὲν πινγίδων γινώσκων] Exod. 12. 8. P. 143.*

*LXX. reddiderunt, μὲν πινγίδων, quod Ebraice est: מִן מֵי יוֹנָתָן: Jonathan: cum parthenio & intybis: Hieronymus: cum lactucis agrestibus: Cyprianus, cum pieridibus: Ambrosius, cum amaritudine, quemadmodum & plerique Interpretes: Rufinus Homiliam Origenis vigesimam tertiā in Numeros interpretas: Manducabitis enim*







*pente octo.* Impura quoque & illa est, adeo ut  
 que conjuge sua viduata sunt, singulari certam-  
 mine in vicem pro concubitu decertant, & mas-  
 post victoriam marem incat. Quem locum  
 ex canē quam tractamus Origenis Homilia  
 deprompsit Catenæ concinnator, & pro  
 ejusmodi confarinatorum more recoxe-  
 rit, al aliunde integrum transtulerit, incertum  
 est. Id autem ex Aristotele petium est  
 lib. 9. Histon. Animal. cap. 8. ὅταν τις θηρὸν  
 περιπατῶν τὴν νοτίαν, ἀποκυλινδύεται ἢ πῆρδι τὴν θη-  
 ρυῖον, ὡς ἐπιπλεῖται ὅσα, καὶ ὅπως αὐτὰ. ὡς λυφ-  
 ρῶν, ἢ ἰουλιῶν, ὡς ἀνὰ διαστήρ τῆς νοτίου ἑκάστος  
 τὴν ἐξ ὧν ἀνελπισσά αὐτὴν, ἀνακυλινδύεται πάλιν  
 & μοx: ὡς πρὶν δὲ ἔρπαιτα, κυκλινδύει τὸν ὀρθὸν ἑστῶ-  
 ῶτα. Cum aliquis venando in vidum in-  
 ciderit, procul a se se perdidit ante venatorem,  
 quasi jamjam capiendā sit, & sic hominem ad  
 se, sui capiendū spe allicit, donec singuli puli  
 profugerint: interea avolat ipsa, & pullos rur-  
 sum revocat. & mox: Quemadmodum autem  
 dictum est, vasa est hac avis, & aspera. Ea-  
 dem hauserunt indidem Plinius lib. 10. cap.  
 33. & de Plinio Solinus cap. 7. Aelianus lib.  
 3. de animal, cap. 16. Athenæus lib. 9. Com-  
 mentarius in Hexæm. Eustathio tributus,  
 Phile in Jambis, & Aristophanis Scholia-  
 stes in Avib.

P. 159. ἔστι δὲ τὸ ζῶον πᾶν ἀνέρας, &c.] Auditor  
 quoque Aristoteles loco laudato: ὅταν δὲ  
 ἀποδράσῃ ἰσχυρῶς, δι' ἣρπενε κενεράσῃ, καὶ μάχῃ  
 κινῶνται, καλεῖται δὲ τὸν τὸν χάρμη, ὁ δὲ ἡπλοῦς μα-  
 χεύει· ἀνδρῶς δὲ πρὸς κίχεται, ἵνα τὸν οὐχ ὀ-  
 ρύῃ· ὁ μὲν δὲ ἐκ κρητὶς τις ἴσῃ τὸν ἀντρί-  
 πον, ὅσῃ λατρεῖ οὐχ ὕπο κρατισμοῦ.  
 Cum autem effugit, ut ovis incubet, clamant  
 mares, & inter se decertant. Hos viduatos vo-  
 cant. Qui vero fuerit in certamine inferior,  
 victorem sequitur, ab eoque solo imitur. Quod  
 si a secundo etiam, vel alio quovis vincatur ali-  
 quis, ab eoque victore clam subigitur. Quod  
 lib. 6. cap. 8. & τὸν νοτῶς, ὅταν πρῶτον ἔξῃ,  
 καὶ εὐνείῃς ὀφείλει. Pullos etiam, cum primum  
 foras educit, masinit. Antigonus Carystius  
 in Perdicibus, cap. 110. de perdicibus:  
 καὶ τὰ νεοτῆς ὅταν πρῶτον ἔξῃ ἀφ' ὧν, οὐδὲν ἀντρί-  
 πον δὲ πρὸς ἀλλήλους μάχεται. & Pullos, cum pri-  
 mum educunt, subigere ipsos, simulque decerta-  
 re. Quem locum non intellexit Xylander  
 Eadem hæc habent Plinius, Solinus, Ælia-  
 nus, Athenæus, & Phile locis proxime lau-  
 datis, & ex Origene Hieronymus in eun-  
 dem hunc Jeremias, & præter eos  
 Ildorus lib. 12. Orig. cap. 7. At non perdi-  
 ces solum, sed galli etiam fœdam hanc inter  
 fe libidinem exercent, nam qui victoriam  
 reportavit, non victi solum conjuges, sed  
 ipsum etiam gallum subigit.

ἐπὶ λέγει ὅτι τὰ ἔα ὅπ' ἀρετῆς αἰετ', &c.] Epi-  
phanius tamen in Physiologo cap. 9, homi-  
nem pium per dicit comparavit.

<sup>ἐκ τῆς αὐτῆς ᾠδῆς ἀπομαρτυρεῖται,</sup> &c.] Pertinet id ad aliam perdicis proprietatem ab Origene hoc loco nequitam commemoratam. Fertur liquidem aliena eam ova furari, & incubare, ac fovere. Ita Hippolytus Martyr in Catena in Jerem. Epiphanius in Physiol., cap. 9. Ambrosius lib. 6. Hexæm. cap. 3. & Epistol. 48. Philastrius Præfat. in libr. de Hær. Phile in Jambis, Hieronymus in hunc Jeremiæ locum, Augustinus contra Faust. lib. 13. cap. 12. Isidorus lib. 12. Orig. cap. 7. Rupertus Abbas lib. 1. in Deuter. cap. 14. Ita & Chaldaeus Paraphraſtae, Jerem. 17. 11. Quæ cum apud Auctores τοῦ ἐξωθεν, qui Physi- ca tractantur, non comparent, verisimile est ex hoc Jeremiæ loco profluxisse, ubi σαρρ perdicem reddiderunt LXX. ex iisque reliqui: quia cum vocem nullam haberent, qua avem illam Europae ignotam appella- rent, quam simillimæ, & specie proximæ avis nomen subsidio afciverunt, perdicis videlicet, ejusque non propriè dictæ, sed quæ Rustica, seu Rusticula, & ἀγρία, & ab Aristotele σκολόπαξ nuncupatur. σαρρ enim illam prælongum rostrum gerere, brevibus esse pedibus, colore viridi, edulem, montana- m, infra columbæ magnitudinem, plu- viæ prænuntiam Ebraei & Arabes scribunt, locuples Auctores, quorum in regioni- bus ea avis frequens est. Atque hæc omnia fere utrique communia sunt. In eo præ- terea utrique convenit, quod à rostri lon- gitudine nomen traxerunt; nam quemad- modum, δρόν πρὸ σέβησιν οὕτως σκολόπαξ: quod pali simile rostrum gerat; ita Ebraice צרר est σκόλοψ, unde σαρρ. Atton coloris solum viriditate eā à rusticâ perdice difere- pat, sed eo etiam quod aliena ova foveat, id quod de rusticula nemo prodidit. Hoc por- ro, aliaq; permulta eximiæ eruditionis lau- de cumulatifimo viro Samueli Bocharto debere me profiteor. Id ipse argumentum in luculentissimo de Scripturæ animalibus opere fusius pertractat. Ad hæc nos illud quoque addicimus, quæcumque de σαρρ Ebraei & Arabes tradunt, universa fere Pico quem σκουαδίππιον appellant, convenire; nam & longiusculum gerit rostrum, & est eximii roboris, utpote quo arbores tundit, & excavat; brevis est pedibus; viridi colore est; corporis mole columbam non æquat; montanus est; edulis est; pluviamq; inter reliquas aves præcipue prænuntiat. Quod; animadvertione dignissimum est, vel à πρ. fodit, effodit: vel à πρ. trabs, fipes, truncus, lignum, Picum σαρρ dictum non inepte quis arguari possit, cum rostro truncos perfodiat; unde & σκουαδίππιος Græcis dicitur. Quid si alienorum ovorum curam, & incubum Pico tribuissest Auctor aliquis, voce σαρρ eum significari non dubitarem.



P. 132.

*ἡ περὶ πάντων τῶν ἱεροδιδασκάλων*] Pessime id interpretatus est Hieronymus: *per omnes qui alicui a Deo gloria cupiditate rapta sunt*. ἱεροδιδασκαλῶν apud Ecclesiasticos Auctores opponitur ἱεροδιδασκαλῶν, & vertere debuit: *per omnes qui peruersis opinionibus adherescunt*.

P. 160.

Principium vero capituli secundi istud lectum est] Et paulo infra: *ἐν δὲ αὐτῇ ἐκείνῃ ἡ διδασκαλία*, quod ita reddidit Hieronymus: *sic finita est etiam secundi capituli circumscriptio*: & Homilia in Jeremiam, juxta Latinam dispositionem, tertia: Deinde exordium alterius capituli: *Aperuit Dominus thesaurum suum, &c.* idem in Isaia 32. 2. Ebraei capitulum superius, in quo legitur: *Ve qui prae-daris: nonne & ipse prae-daberis, & reliqua usque ad finem, &c.* Quod capitulum dixit Hieronymus, aliquando comma unum est, siue versus unus recentioris illius, quam hodie sequimur, divisionis; aliquando plures: hic certe Origenem interpretans, quod *ἀνοίχθη* dixit Origenes, ipse capitulum reddidit, quo versus 13. & 14. capituli 17. Jeremiae continentur. Observatum est a nobis ad Homil. in 1. Reg. *ἀνοίχθη* illic appellasse Origenem, quae in hodierna & recepta distinctione pro capitulis habentur: & Homil. 28. in Jerem. *πῶς περιουσία* appellat, quidquid habetur a septimo versu ad duodecimum. Sed haec quo clariora fiant, rem altius repetemus. Biblia sacra non ita olim fuisse secta ac distincta, quemadmodum nunc sunt, notum est eruditis; siue Judaica exemplaria intelligas, siue τῶν ὁ, siue Vulgatae Editionis. Ac primum de Judaicis. Scribit Elias Levita universam Legem versum unum olim fuisse. Hieronymus Praefat. in Josue, & Paralip. & Isaia, interpretationes suas novo scribendi genere sese distinxisse testatur: unde proclivis conjectura est ab Ebraicis codicibus ejusmodi partitionem abfuisse: hanc vero ab Hieronymo per cola & commata divisionem, virandae confusioni, & sensum barbarici adhibitam fuisse, testis ipse est. In Synagagorum autem usum distributi sunt libri Moysis, idque non uno modo. Cum enim quotis quibusque sabbathis pars aliqua Legis ac Prophetarum populo praelagenda esset, juxta sabbathorum numerum Lex in Lectiones distributa est, quae *פרשת* appellantur, & ad Moysen a nonnullis, ab aliis ad Esdram referuntur. Talis videtur fuisse quam *παρακλησις τῆς γραφῆς* appellat Luc. Act. 8. 32. Distinctiones ad haec invexerunt quasdam, quas Apertas & Clausas dixere, *פרשה פתוחה* & *פרשה סגורה*; indeque librorum suorum oram his literis *א* & *ב* insigniunt. Ac demum in *פסוקים*, siue versus, jam inde ab antiquis temporibus Lex divisa est, ab

ipso Mose juxta nonnullos, ab Esdra juxta alios, a Masorethis juxta reliquos; eorumque versuum Thalmudista meminerunt. Horum omnium, sed & singularum etiam literarum collectum numerum in fine describebant, hodieque describunt. Quem in se laborem *ספר* recipiebant. Prophetarum quoque in *פרשה* & versus jam olim secti fuere. Haphtararum inventionem ad Antiochi Epiphaniis tempora; versuum etiam ad antiquiorem Christo aetatem, sed levibus argumentis referunt. Addendum id quoque, quod ex Origene refert Eusebius lib. 6. Histor. cap. 25. librum Regum primum & secundum unicum apud Ebraeos volumen constitutere; ac unum item, tertium & quartum; & unum quoque Paralipomenon utrumque; unum etiam, Esdrae primum & secundum; Jeremiae item Prophetiam cum Lamentationibus & Epistola, unum. Quod ad LXX. Senum Interpretationem pertinet, cum in Synagogis Judaeorum Hellenistarum praeligeretur, probabile est, hos eam in usus suos distribuisse, sed ita tamen ut in Synagogis solum divisiones illae obtinerent. Exemplaria duo antiquissima LXX Interpretum Editionis, quorum alterum Romae habetur; alterum ab Hefychio, ut videtur, emendatum, Alexandria Constantinopolim a Cyrillo Lucare Patriarcha Constantinopolitano translatum, ad Carolum deinde Britanniae Regem transmissum in Anglia servatur, utrumque ante annos mille supra ducentos exaratum, nullam capitum, aut versuum, imo ne verborum quidem distinctionem praese fert; exceptis solum libris *ἡ ψαλμοί*, quosque per versus primum ab ipsis Auctoribus compositos fuisse credibile est; Job dico, Psalmos, Proverbia, Ecclesiasten, & Canticum. Cum hac autem Interpretatione maxima Patrum Graecorum pars, dum Scripturam S. Commentariis illustraret, uteretur, unusquisque contextum sacrum, quem *ἡ διακ* appellabant, pro arbitrio & captu distinxit; unde nullam tam fuisse distinctionem praeteris probatam, ac vulgo receptam apparet. Neque in capita solum, sed in versus etiam, pro capto suo, vetusti illi Patres Scripturam distribuiebant. Origenes Hexapla suam in cola discreverat, ut est apud Euseb. lib. 6. Histor. cap. 16. Id in duodecim Prophetis fecisse se testatur Hefychius presbyter Hierosolymitanus, eumque morem ab antiquis ductum temporibus tenuisse. Videtur tamen Origenes Prolog. in Cantic. aliquam in ipso Cantici titulo distinctionem jam receptam, & inolitam observasse; sed vereor, ne de suo Rufinus, Interpretes fluxae fidei, id adjecerit. Quod si genuinus est locus, vetusto

Hefych. in  
Hadr. 14.  
goge, & a  
luc. 8. 32.



tulso aliquo Codice, suis distinctionibus instructo, è Symmachi fortasse Bibliotheca deprompto, usum Origenem fuisse dicendum est. Ordo ille quo dispositos habemus Psalmos, LXX. Senum diligentia debetur, si Hilarium Pictaviensem audimus. Scribit enim ille Psalmos primum dispersos & inordinatos, ab Esdra deinde in unum volumen fuisse collectos & à Septuaginta demum interpretibus in numerum & ordinem fuisse redactos. Hoc si sit, post Esdræ tempora in quinque libros partitum fuerit Psalterium ab Ebraeis, quemadmodum factum refert Epiphanius libr. de ponder. & ment. cap. 5. Id commentum refellit Hieronymus in Præfat. in Psalmos juxta Ebraicam veritatem, ad Sophronium: Nos, inquit, Ebraeorum auctoritatem secuti, & maxime Apostolorum, qui semper in Novo Testamento Psalmorum librum nominant, unum asserimus Psalmorum volumen. Conciliabitur uterque, si in quibusdam Ebraeorum codicibus hanc obtinuisse distinctionem dicamus, secus in aliis. Nec quicquam evincit Hieronymus hoc argumento, unicum esse Psalmorum volumen: fatebitur quippe Epiphanius, unicum esse volumen, at in libros quinque distributum. Quamdam in Psalterio Latino divisionem obtinuisse sua ætate satis indicat Hieronymus initio Epistolæ 24. ad Marcellam; ea vero ejusmodi fuerit, incertum est. Notandum istud Hieronymi ex Proœmio Commentariorum ipsius in Psalmos: *Psalmi*, inquit, *qui præterituli esse non videntur, apud Ebraeos pro uno Psalmo habentur*. Præter quintuplicem istam Psalterii divisionem, in viginti partes sectum illud exhibent veteres Græcorum Liturgiæ & Euchologia. Partes illæ καθίσταται appellantur, quasi dicas *sestiones*. Nec Latina Veteris Testamenti editio certam habuit divisionem. Ea quæ nunc utitur per versus distinctio recentissima est, & hodie vel heri nata: antiquior distinctio per capita. Prior illa in Latinos primum inducta libros, Ebraeos, Græcosque pervasit; posterior hæc à Latinisne, an à Græcis profecta sit, non liquet. Ex antiquis Patribus nullus plane Scripturæ loca depromens, versuum vel capitum hodie receptorum numerum notavit. Augustinus quidem ita Bibliorum versus videtur distinctisse, ut sex dictiones unusquisque versus contineret; sed id Augustiniano codici videtur fuisse peculiare, non omnibus commune. Libros Scripturæ plerosque, & fortasse omnes per versus distinctos Hieronymus, sed hodiernæ distinctionis nulla apud eum extant vestigia. Quod si recentis per capita divisionis, quæ tota infedit Biblia, ætatem quaeras, ante sexcentos annos repertam

eam responderim. Eam certe tenuit Theophylactus, qui ante undecimi sæculi finem floruit, uti declarant ἐκδόσεις, quas Evangelii præfixit; & illam etiam hac ætate verustè præferunt Manuscripti. Hieronymo tamen recentiorē putamus. Eandem fere ac Ebraei in dividendo Veteri Testamento rationem servarunt Syri, Samaritani, & Coptitæ, sed peculiarem suam sibi distinctionem habent. Genesin in 1534. versus distribunt Ebraei; Syri in 4509. Samaritanorum, & Coptitarum divisionem notavit Kircherus in Prodrōmo Copto. Dixi de veteri Testamento, accedamus ad Novum. Vetustissimam Novi Testamenti Græci divisionem eam esse reperio, quæ est per Titulos, qui & ὑπογραφαι, & ῥήματα. Tituli dividebantur in κεφάλαια, seu περιόπαι, περιόπαι in στήχες, seu Commata, seu Cola, quæ & Incisæ, & Cæsæ. Στήχες autem seu versus sensu fere desinebantur, ita ut breviores essent nonnulli, alii longiores; & summa demum στήχων in fine libri collecta, quemadmodum & ἐκδόσεις ὑπομνημάτων initio, adnotabatur. Quod in variis autem Codicibus Στήχοι τριῶν variant, ex eo evenit, quod pro capto suo librarii sententias ultro, citrove definirent, & interductu distinguerent. Titulus integrum aliquod argumentum complectebatur; κεφάλαιον certam aliquam argumenti hujus partem; στήχες periodum ab alia distinctam, determinatamve sententiam. Falluntur multi, qui quotiescunque περιόπαι aliquam designant Patres, ad divisionem tunc temporis vulgo receptam eos respexisse putant: sæpissime enim remota à reliquo contextu, ad libitum ac pro tempore divulgata hac voce nuncupabant. In vulgatis codicibus certi erant Tituli in aliquot capitula distributi, quæ capita versuum numerum determinatum exhiberent. Rem exemplum illustrabit. Matthæi liber divisus est in Titulos LXVIII. Hi Tituli κεφάλαια quoque ab Euthymio, & Occumenio, aliisque appellantur, & in manuscriptis, & excusis quibusdam libris suo ordine editi extant. Primus est περὶ τῶν μαθῶν, alter περὶ τῶν ἐν ἑνὶ ὄρει τῶν παιδῶν, & reliqui deinceps, κεφάλαια autē habuit CCCLV. juxta Ammonium, Eusebium, & Tatianum, Suidas, ματθαῖος ἐκ τῶν ἐξ', κεφάλαια τῶν στήχων autem varium numerum varii repræsentant codices; alii 66, alii 666. Neutiquam ergo audiendus Casaubonus, qui Veteribus idem fere κεφάλαιον fuisse docet, ac nobis hodie versiculum. Quamvis enim κεφάλαιον, & Capitulum aliquando pro versu uno sumatur, vel si proprie loqui decet versum unum complectatur, ejusmodi tamen κεφάλαια hic non intelligit Casaubonus, sed illa in quæ Novi Testamenti Tituli distributi sunt: nostrorum



autē verficulorum numerus antiquorum *καταλογον* numerum triplo circiter superat. At Veterū *εἰς* hodiernis breviores erant. Eustathius Antiochenus libro de Engastrimytho à Joh. 3. 59. ad 10. 31. *εἰς* numerat 135. cum recentior partitio 72. solum habeat. Origenes apud Eusebium scribit posteriores duas Johannis Epistolas centum verficulos vix absolvere, cum partitio hodierna 29. tantum versus complectatur. At Novi Fœderis *εἰς* secundæ Epistolæ triginta, tertiæ quatuor & triginta tribuunt. Recentior vero divisio è Latinis codicibus profecta Græcos demum occupavit. Sane tota hæc distinguendi ratio ex Auctorum, Librariorumque arbitrio pendit. Libri quidam peculiarem nobis repræsentant Evangeliorum distinctionem. Lucæ Evangelium in 83. capita distribuit Euthymius; Ammonius in capita 343. distinctio Latina vetus in capita 107. hodierna in 24. Ambrosius in Titulos 164. Beda in capita 193. Receptissima tamen & vetustissima distinctio ea fuit quam invenit Ammonius, quæque apud Suidam expressa est; eam quippe Cæsarius Nazianzeni frater, & Epiphanius agnoscunt. Eadem quoque in reliquorum Novi Testamenti librorum distinctione varietas reperitur. Latina porro Novi Fœderis distinctio Veteris distinctioni cœva videtur. Id vero Latinis moris fuit, ut longiora Novi Testamenti capita in septem partes, breviora in quatuor distribuerent, easque partes literis Alphabeticis signarent: id quod in excusis etiam Novi Fœderis libris sæpe servatur. Dixi *εἰς* librorum Novi Testamenti colligi fuisse solitam & adscribi. Hoc in Veteri quoque Testamento à Syris, Samaritanis, Judæis, Græcis, & Latinis factum est. Nec in sacris solum Libris, sed in exoticis etiam Græcis & Latinis usurpatum. Id erudite probat Salmasius in Prolegom. ad Solin. id quoque declarant lemmata præfixa Aseonii Pediani commentationibus in Cornelianam, aliasque Tullii orationes: declarant & Præfationes Digestorum Justiniani. Aristotelis, Zenonis, Chrysippi, aliorumque libros per versus fuisse distinctos ex Laërtio notum est. Traditam sibi à Judæis dividendorum versuum, & colligendorum rationem Arabes quoque retinuerunt. Alcoranus per capita & versus divisus est; versuum & literarum numerus in fine collectus & adscriptus: sed prior ille variat, nec eundem semper codices præ se ferunt. Quanquam id fere ab illis observatum videas, ut in *εἰς* singuli versus designant, nulla æqualitatis illorum ratione habita. Hic autem magno Salmasio neutiquam assentiri possum, qui post Henricum

Stephanum, & Casaubonum, Ebræos & Arabes versus suos sensu determinasse, & ejusmodi versuum numerum in fine subdixisse scribit; Latinos autem & Græcos sententiam unam in plures, paucioresve lineas pro codicis angustia dispescuisse; *εἰς* vero, seu versus appellasse, non totam illam sententiam, sed singulas lineas; proindeque nescire se addit, quid emolumenti Græci, Latini que ex hac linearum collectione ceperint, cum pro angustis codicis variaverit. Mirandum profecto foret illud, si ita esset; quod certe non est: nam ut versuum lineam aliquando significare fatear, summæ certe illæ versuum, non lineas singulas, seu ductus, seu fulcos librorum, sed totas sententias complectebantur; id quod ipse agnovit tandem Salmasius in Epistola ad Sarraivium, sive mutata prior sententia, sive oblivioni data: *Interdum quippe, inquit, duas, interdum tres, aut plures lineas singuli versus occupant. Græci εἰς appellant. Opera autem ipsa numerabantur per versus, quorum summa in fine libri subducta notabatur. Inde πολὺς εἰς βιβλίων &c.* Hæc non eo commemoro, quo de Viri supra fidem eruditi, ac de me olim optime meriti laude quicquam deminutum velim, nam

*ἡμοῖν ἐστὶν τὸ πρὸς ἀπὸ τοῦ ψήφου*

Una ergo fere fuit Ebræorum, Arabum, Græcorum & Latinorum, cum in sacris, tum in exoticis libris, versuum subducendorum, & notandorum ratio. Quod quum omnes tamen non facerent, imo libros suos una serie nonnunquam scriberent, iiposmodum in capita ab indoctis librariis distracti sunt; unde immanes sæpe optimis Auctoribus errores, spissæque tenebræ affusæ sunt. Quin & eo audacius sunt progressi, ut ineptissima lemmata capitibus affingerent. Atque hæc labes maximam bonorum Scriptorum partem pervagata est. Sed hæc sunt alterius loci. Nunc redeamus ad propositum. Patet ex supradictis frustra in hodierna Scripturæ divisione rationem quæri *ἀπὸ τοῦ* Origenis, & Capitulorum Hieronymi. *ἀπὸ τοῦ* dixit Adamantius, certum aliquod Scripturæ membrum ad libitum determinatum & circumscriptum. Capitulum eodem sensu usurpavit Hieronymus; nempe pro eo quod Gallice dicimus, *un passage*. Ita sexcentis locis accipitur apud Rufinum: velut cum ait in interpretatione Apologiæ Pamphili: *In tuis præcipue (libris) in quibus plures unius Capituli interpretationes exponit: & mox: Ponemus exemplū quod illi superiori conveniat ex eo libro quē in Epistol. Pauli Apostoli ad Titum scripsit, de eo Capitulo in quo dicit Apostolus: Hæreticum hominem post trinam correptionem devota, sciens* quia



## OBSERVATIONES ET NOTÆ.

21

Hieron. de  
nm. Ebr.  
interemia.

quia perversus est, & peccat, qui est à semetipso  
demonstratus. Nec aliter Philastrius Har. 45.  
Quæ autem quasi de homine dicunt Scriptura,  
ea accipit capitula: & Har. 50. Isti utuntur  
Capitulis Scripturarum, quæ de Christo, velut de  
homine edocent.

P. 162. ἀρετὴν καὶ μὴ κενὴν γλῶσσαν] Vertit Hierony-  
mus: qui consenti vana gloria: quod ipsum  
habet unus Regiæ Biblioth. Codex. Alter  
habet: qui contemnens vanam gloriam. Quid  
si legamus: qui contentus una gloria? Sane id  
oratio Græca postulat, & facile inde Vul-  
gata lectio detorta est.

P. 163. οὐδὲ οἱ οὐκ ἔχοντες οὐδὲ ἀνθρώπων ἰσχυροὺς.]  
Redde: Dux sequuntur Ieremie visiones, quæ  
testes sunt. Vide Nos supra ad Homil. in  
Libr. Reg.

καὶ τὸ ἑσπέρην κίχης] Codex Vatic. præ-  
termittit postremam vocem. Certe κίχης  
vox est nihili: lego κίχης. Vide LXX. Je-  
rem. 19. 1.

ὁμοῦ δὲ ἐν τῷ αὐτῷ γινώμεθα] Illud ὁμοῦ δὲ,  
videtur παρελκεν.

P. 164. ἡγοῦμαι καθ' ἑαυτὸν καὶ ὅτι ἡ γὰρ αὐτοῦ, &c.]  
Verte: Vix quoque exemplo ē Scripturæ peti-  
to, & præter exemplum illud, explicationem  
convenienti interpretationi idoneam proponā.

P. 166. τὸ γὰρ αὐτῶν ἐστὶν ἐλευθερίον ἔστι] Hoc est: vo-  
luntatis quippe arbitrium liberum est.

P. 167. λέγει γὰρ ἀρετὴν καὶ μὴ κενὴν γλῶσσαν] Supple  
ἔστι: quemadmodum infra: ὅτι λέγω  
καὶ ἐν ταῖς βασίλειαις ἐστίν, &c. & pag. 175.  
ὅτι φησι τὴν ἐπαύριον ὁ πατριάρχης τὸν ἱερὴν  
ἐκ τῆς κατὰ τὴν: & Homil. 19. p. 188. νομίζω  
παντὸς ὑπονοεῖται βλάστησιν: τὸ ἀκούειν ἔστιν ἐι-  
πεῖν, &c.

P. 169. αἱ ὅς ἐν ἀνθρώπῳ ἀπεικονίζονται] Vertit Corde-  
rius: sicut filius hominis obliuisci: legebat  
ἐκκλησίαν, sed τὸ ἀπεικονίζονται confirmatur ex  
Judith. 8. 16.

P. 173. παλὴν καὶ τῶν ὁρίων ἡμῶν] Vide Origen.  
in Matth. 15. p. 261. & quæ ad hunc locum  
observavimus.

P. 176. τὰς ἐυλομένας τὴν μουσικὴν διαβαλεῖν] Hoc est:  
Mosis virgæ in vi diam conflare volentes.

καὶ μὴ ὡς πρὸς ἐκείνους] Ita Cod. Vat. Ghis-  
lerius legit: καὶ πρὸς ἐκείνους, sic enim scribendum;  
non, ut editum est, βίβλος.

ὅτι καὶ ἐν αὐτῇ ἀρχιερέως λόγος ἀποστασίου ἐστὶν  
παῖς, &c.] Epiphanius Har. 30. cap. 25.

καὶ τὸ ἀγίου πάλιν, ὡς βλασφημούντες αὐτὸν λέ-  
γουσι, ὡς αὐτὸν λέγουσι, ἀπὸ τῶν μὴ γὰρ λέγουσι αὐ-  
τὸν ἡμῶν τε, καὶ ἔξ ἑθνῶν ὑπαρχόντων, ἀποστρέφοντες  
τὸν ὁρίων ὅσον. Quod vero ad beatum Paulum  
attinet, in quem illi maledicta conjiciunt, mul-  
ta à me commemorari possunt. In primis Græ-  
cum illum fuisse, atque ex Gentilibus oriundum  
predicant; postea vero Profelytum esse factum.  
In eadem fuerunt hæresi Helcefactæ.

P. 178. τίνες αὐτὸν φίλοι τῶ πατρὶος τῶ ἱερῶν καὶ τῶ  
καίνας τῶ ἐκείνων,] πατριάρχης est ἱεροψ: id de-  
rivat Origenes à πατὴρ, & ἱεροψ, nigrum. Ita

& Hieronymus: Fesor, os nigredinis.

λέγων καὶ φησὶ καὶ ἱεροψ, &c.] Me-  
moriam lapsus est Origenes: ibi enim, nempe P. 197.

1. Tim. 1. 20. Hymenæum à se & Alexan-  
dram Satanæ traditos scribit Paulus; at 2.  
Tim. 1. 15. Phygellum illum & Hermoge-  
nem sese fuisse averlatos.

ἐν χερσὶν εἰπεῖν ὅτι ἀποστασίαν, &c.] Ita &  
paulo inferius: redde: Proclive est dicere  
vaticinari illum.

ὁμοῦ δὲ ἐν τῷ αὐτῷ γινώμεθα] Corderius: confortati P. 151.  
sunt valde, legebat, ἰσχυροὺς: ita & infra  
pag. 197.

ἐν τῷ αὐτῷ δὲ ἀπάτης, &c.] Corrupta  
hæc sunt, quæ iis sananda relinquimus qui-  
bus κατὰ τὸν ἱερὸν βίβλος largitus est Deus. Quid  
si legamus: ἡ γὰρ διὰ τὴν δὲ ἀπάτης αὐτοῦ πα-  
ταίσαντες

ἡ γὰρ τῶν ἀμαρτιῶν] Errorē suum iterat P. 182.  
Origenes de pœnis Damnatorum tempo-  
rariis.

ὅτι καὶ ἡ γὰρ αὐτοῦ ἐστὶν ἀμαρτία, &c.] Cum sequen-  
tibus voces illæ non coherent.

καὶ πάρα τὸ ἐκεῖ, ὅτι τὸ ἀνθρώπῳ] Hoc est: P. 183.  
juxta Anagogen, per Anagogen. Hæc autem  
ipso Paschæ die ad populum peroravit Ori-  
genes: supra p. 178. ἀλλὰ ἐν τῷ αὐτῷ τὸ  
ἐκείνῳ, ὡς ἐστὶν ἐν τῷ αὐτῷ τὸ πάρα, &c.

ὁμοῦ δὲ ἐν τῷ αὐτῷ γινώμεθα, &c.] Videtur P. 184.  
hæc ex ore in contextum irrepsisse.

ὅτι καὶ ἡ γὰρ αὐτοῦ ἐστὶν ἀμαρτία, &c.] Origenes Ho-  
mil. 17. in Luc. De cætu primitivorum, im-  
maculatumque, Ecclesiæ, quæ non habet macu-  
lam neque rugam, ejicietur digamus, non quo in  
æternum mittatur incendium, sed quo partem  
non habeat in regno Dei. Et paulo post: Puto  
enim monogamum, & virginem, & cum qui in  
castimonia perseverat, esse de Ecclesia Dei; cum  
vero qui sit digamus, licet bonam habeat con-  
versationem, & ceteris virtutibus polleat, ta-  
men non esse de Ecclesia, & de eo numero qui  
non habet rugam aut maculam, aut aliquid  
istiusmodi: sed esse de secundo gradu, & de his  
qui invocant nomen Domini, & qui salvantur  
quidem in nomine Iesu Christi, nequaquam ta-  
men coronantur ab eo. Et Tom. 20. in Jo-  
hann. secundas Abrahami nuptias, & con-  
gressum cum ancilla in exemplum trahi  
non vult. Qua de re agitur in Orige-  
nianiis.

ὅτι καὶ ἡ γὰρ αὐτοῦ ἐστὶν ἀμαρτία, &c.] Li-  
brum Judith vides ab Origene Scripturam  
appellari; id quod à Nicæna quoque post-  
modum Synodo factum legimus apud Hie-  
ronymum.

ἐν τῷ αὐτῷ δὲ ἀπάτης, &c.] Legebat Cor-  
derius: ἐκκλησίαν, & ἐκκλησίαν.

καὶ τὸ πᾶν] Legendum πᾶν. Ita in Hol-  
mienli Codice Comment. Origenis in  
Matth. c. 16. legebatur: αἱ τὸ τῶ διαβόλου πᾶν,  
πῶν, πᾶν.

C 3

δὲν



P. 197.

οἱ οὖτοι ἡδυνήθη δὲ ἐλθεῖν ἑαυτοῖς] Id est: *se injuria affictos putant, qui reprehensunt.* Ita reddendum quoque quod mox sequitur: καὶ οἱ τῶν διανοήτων ἡδυνήθη. καὶ ἐς τὸν, ἵνα ἕτως ἐνομάσω, τραπέζης, &c.] Alludit ad dictum illud: *δύοι μοι τραπέζης* γίνεσθαι, quod Christo à Patribus antiquis tribuitur, nec in Novo tamen Testamento reperitur. De eo agemus alibi fusius.

## IN EZECHIELE M.

P. 200.

ἐν τῷ κ' τόμῳ] Scriptit ad hæc Interpres: *Quatuordecim modo supersunt.* Homiliae cum Tomis confudit: Homiliae enim Origenis in Ezechielem 14. supersunt, Tomi nulli. Tomos autem & Homiliae in hunc Prophetam lucubratus fuerat Origenes.

καὶ πᾶν τὸ καθεστὸς ὕδωρ] Ebr. מִמַּיָּמַיִם, id est, *idionat, Sedimentum aquarum, vel aquas quietas, & tranquillitas, quarum fax omnis & cœnum in fundo subdit: optimè LXX. καθεστὸς ὕδωρ.* Ita Ezech. 32. 14. idem verbum ὑπὸ eadem pollet significatione: מִמַּיָּמַיִם ὑπὸ τῶν. LXX. τότε ἡσυχία τὰ ὕδατα ὑπὸ τῶν. Malè ergo Philocalia Interpres vertit: *aquam appositam*: rectius dixisset, *compositam.*

οἱ τοὶ πλὴν μὲν καὶ τῶν ἐκρήνόντων, &c.] Marcionista, alique ejusdem farinae Hæretici. Epiphanius Hær. 42. cap. 4.

καὶ οἱ τῶν παλαιῶν γραμμάτων, &c.] Vetus Testamentum Opifici, Novum Christi Patri vulgo tribuebant Cerdo, ejusque assecræ. Qui autem Vetus Testamentum duobus Auctoribus adscripserunt, ii fuisse videntur à Marcionis auditoribus aliqui: hi quippe in varias sectas dissipati sunt, Epiphanius teste Hær. 42. cap. 13. & Auctore Dialogi de orthodoxa fide, qui Origeni adscribitur. Partim autem Opificem, partim Malum, Veteris Testamenti auctores sibi videntur finxissè.

## IN OSEE.

P. 201.

ἀναγκασίαι καὶ ἐν δάδῃ, &c.] Hæc ad periodum supra inchoatam pertinent, eamque claudunt, nec ab Interprete disjungi debent. Quod sequitur: ὅσον κ' (non ut male editum est, κ') πῶς λέξιν καὶ τὰ ποικίλα μὲν ῥήματα, distinctione carere non debuit: nam post λέξιν addenda ὑποσημείω, vel virgula, ut id quod sequitur, καὶ τὰ &c. ad id referatur quod præcedit, ἐμπροσθέν τ' &c.

ἐν τῷ οἴκῳ ὡς εὐροί με] Interpres: *Domum cum essem, invenerunt me,* ita & pag. scq. quam lectionem ne Grammatica quidem ferre

potest. Ebraice habetur בֵּיתִי in Bethel, quod secuti sunt Aquila, Theodotion, & Symmachus; item Jonathan, Syrus, & Vulgatus, LXX. ἐν τῷ οἴκῳ ὡς. Theodoretus, ὡς. Sive ergo hæc Osee ad Gen. 28. pertineant; sive, ut alii, ad Gen. 35. Bethel hic significatur, quæ prius Luza dicta fuit, & postquam vitulum aureum populo adorandum in ea proposuit impius Jeroboam, Bethaven appellata est, id est, *Domus idoli.* Inde Osee 10. 5. *Vaccas Bethaven coluerunt habitatores Samarie:* ubi LXX. τῶν μέγαν τὸ οἶκος ὡς παροικησάντων ἐν κατωκινούσας σαρμαρίας.

Videndi Theodoretus, & Cyrillus in Os. 12. 4. & ille præterea in Osee 4. 16. Bethaven porro illa diversa fuit ab altera nominis ejusdem, de qua Jos. 7. 2. *Aven* autem, ἢ, juxta aliam διάκρισιν LXX. leguntur semper *On*, & *Bethaven* reddiderunt, vel, *ἐν δυν*, vel, *ἐν ὄν*. Unde facile emendaveris quod eorum optimas editiones occupavit mendum, 1. Reg. 13. 5. ἐξ ἐναντίας βασιλέως κατὰ νότον. legendum siquidem, βασιλῶν, cum juxta Interpretum omnium consensum Ebraice habeatur, *Bethaven*; ipsaque adeo Complutensis editio habeat: κατὰ νότον (1. νότον) βασιλῶν. Item 1. Reg. 14. 23. pro eo quod est: ὁ πόλεμος οὗτος πῶς βασιλῶν, scribe, πῶς βασιλῶν. Ebraice quippe contentibus Interpretibus sic habetur. Confirmat emendationem nostram Codex Alexandrinus, qui habet, βασιλῶν, & Complutensis Editio, βασιλῶν. Ex hac quoque variatione διακρίσις in voce ἢ factum est, ut Ægyptiam urbem hujus nominis, in qua sacerdotium gerebat Putiphar, *Aven* appellaverit Hieronymus 11. Comment. in Ezechiel. cum vulgo *On* nuncupetur. Eam in Hieronymo lectionem frustra sollicitat Drusus 10. Observat. cap. 15. Nec id prætermittendum Dionysium Alexandr. Epistol. contra Paulum Samosatenum Respons. 8. Cyrillum, Arabem Interpretem, & Barberinianum codicem τῶν δ', hoc Osee loco legere, ἐν τῷ οἴκῳ μου.

ὅ καὶ ἐλαλήθη πρὸς αὐτόν] Ita Mf. Alexandrinus, & Syrus Interpres, & Arabs; ita Cyrillus. At Romana editio, & Complutensis habent, αὐτῷ.

## IN MATTHÆUM.

ῥημμάτων ἐβραϊκοῖς συντεταγμένων] de eo argumento actum est a Nobis, libro de claris Interpretibus.

ἐν τῇ καθολικῇ ἐπιστάσει] Priori scilicet: P. 203. nam posterior dubii erat auctoris, & auctoritatis. Vid. Nos inf. ad Tom. 5. Origin. Joh. καὶ



καὶ τὸν τὸ καὶ λυκᾶν τὸ ὑπὸ, &c.] Legendum, τὸν ὑπὸ, si quid sapio: Lucam enim sapienter laudat Paulus, ut Col. 4. 14. 2. Tim. 4. 11. Philem. 24. Evangelium autem secundum Lucam nusquam commendat.

P. 204. ἡ ἐναγλιανὴ πρὸς ἀποστολικὰς, ἡ &c.] Verus codex Holmiensis Philocaliæ: ἡ ἐναγλιανὴ πρὸς ἐναγλιανὰς, ἡ ἐναγλιανὴ πρὸς ἀποστολικὰς, ἡ ἀποστολικὴ πρὸς ἐναγλιανὰς. Alter recentior, quem Holmiæ itidem consulimus, qui- que fuerat Bibliothecæ Petavianæ: ἡ ἐναγλιανὴ πρὸς ἐναγλιανὰς, ἡ ἐναγλιανὴ πρὸς ἀποστολικὰς, ἡ ἀποστολικὴ πρὸς ἀποστολικὰς. Tatinus alia edidit, alia vertit.

δαβὶδ, ὁ ἱερωνυμῶν, ἱερωνυμῶν] Hieronymus de nomin. Ebr. *David fortis manu, des. derabilis*; & in Psalm 33. juxta observationem Tarini, exponit: *Dilectus, desiderabilis, vel idoneus manu*. Prius etymon verum est, nomen enim David fit à, דָּוִד, amor: ineptum posterius, & fit à, דָּוִד, &, דָּוִד est sufficere; unde דָּוִד, unum ē Dei cognomen- tis derivant quidam, quod LXX. & Symmachus exponunt, *iaurēs*, alii, *ἀντάγωνος*, Aquila, *ἀλκυμνος*. Sed, ut id obiter dicam, דָּוִד verius à דָּוִד deduxeris, quod apud Arabes idem sonat ac, *confortavit, roboravit*, id quod confirmat daghes in דָּוִד vocis, דָּוִד. Nec absone fortasse conjicimus à דָּוִד, quod est, *fortitudo, robor*, & דָּוִד, nomen David formari ab iis qui posterius etymon tuentur: בָּ autem ibi mutatur in דָּ; quemadmodum in מִרְיָם & מִרְיָם.

P. 105. τὸν εἰς τὸ καὶ μαθθαῖον] Codex Holmiensis habebat: ἐν τῶν εἰς τὸ, perperam, nam hæc Excerpta non sunt, qualia habentur in Philocalia, quibus ejusmodi præfiguntur tituli; sed pleni & continui Tomi. Certe simile aliquid habet Catalogus Græcus, codicum Origenis Bibliothecæ Vaticanæ, quem concinnavit Allatius, & mecum communicavit clarissimus Bigotius: ἐν τῶν εἰς τὸ καὶ μαθθαῖον ἐναγλιανὴν ἐξ ηγετικῶν τῶν εἰς τὸν εἰς τὸ καὶ μαθθαῖον. Id evenit ex incitia Librarianorum.

τῶν εἰς τὸ καὶ μαθθαῖον] Ita habebat Codex Holmiensis; sed cum hunc excipiat τῶν εἰς τὸν εἰς τὸ καὶ μαθθαῖον, legendum omnino, τῶν εἰς τὸν εἰς τὸ καὶ μαθθαῖον. Erasmus in Epistola, quam Origeniano in Matthæum fragmento à se edito præfixit, & ex Erasmo Sixtus Senensis, scribunt decem priores Tomos expositionum in Matthæum desiderari, undecimum cum sequentibus superesse. Quin etiam Origenis MS. liber Bibliothecæ Ducis Bavarie, ab undecimo auspicatur. Verumtamen Catalogus Origenianorum Codicum Bibliothecæ Vaticanæ Tomos in Matthæum decimum, & undecimum recenset. Narrant quoque qui Gesnerianam Bibliothecam in Epitomen contraxerunt, Venetijs fuisse

apud Diegum Hurtadum horum commentariorum Tomum I. XI. XII. ubi legendum procul dubio, x, xi. Commemorant iidem in Bibliotheca quadam Italica servari decimum Tomum operis ejusdem. Qui quidem decimus Tomus aliunde sit ac noster hic undecimus, an secus, viderint, penes quos ille est. Constat modo illud, hunc primum nostrum esse undecimum, quippe cui duo decimus, & decimus tertius continua serie subiecti sint.

καὶ ἡμεῖς οὖν, ἐπεὶ ἐκλήμεθα, &c.] Origenes lib. 3. contr. Cels. ὡς (καὶ ἐκλήμεθα) τοῖς ἐξ ἐκλήμεθα ὁ ἱερωνυμῶν, τῶν δὲ αὐτῶν πάλιν σαφηνεῖται τοῖς ἐπεὶ ἐκλήμεθα τὰς ἐξωτερικὰς ἀποστολὰς, καὶ καὶ ἰδίαν αὐτῶν τῇ ἐκλήμεθα προσερχομένοις. Quæ non semel repetit hoc libro. Vide item ejusdem Homil. I. in Genes.

ἐξωτερικὰς ἀποστολὰς] Suspiciari quis possit legendum: ἀξιοθώμεθα ἀποστολὰς. Sed editæ lectioni omnino adhærendum est.

ἀποκριθεὶς ἔτι πάλιν τῷ] Ita C. Holm. ita & Erasmus legit, ut apparet ex ipsius interpretatione: quod quia sensu caret, ipsa Matthæi vox reponenda est: ἀποκριθεὶς ἔτι πάλιν αὐτῷ.

πρὸς τὸν \* λόγον \* ἡμῶν] Recentiori manu adscriptum erat ad oram: πρὸς τὸν λόγον \* ἡμῶν \* ἡμῶν. Legendum fortasse πρὸς τὸν λόγον \* ἡμῶν \* ἡμῶν, &c. vel quid simile. Vertit Erasmus: *Hæc à Verbo quod in principio erat apud Deum condita sunt, quæ sint germina regni Dei.*

καὶ ἐντολὴν τῷ ἡμῶν] Ita Mf. H. pro ἡμῶν, hoc est ἡμῶν, quod verum est.

ὅς καλεῖ] Lege ὅς, referri enim debet ad τὸν λόγον, non ad δειγματῶν.

καὶ τὸν διαφύλαξαι, ὡς καὶ τὰς ἀρχὰς &c.] Cum enim eo plus gloriæ & lucis adepturi simus, quo minus terrenarum sordium nobis adhærescet, existimavit Origenes colluviem illam post certa temporum curricula expurgatam iri, & universos homines, non sanctos solum, sed impios etiam & damnatos eandem gloriæ mensuram consecuturos.

οἰκεῖν ὁ δαυὶδ, &c.] Vide initium lib. I. Commentar. in Job, quæ Origeni falso adscribi solent.

Ζήτησαι οὖν τις πῶς, &c.] Questionem eandem proponit, & solvit sub finem cap. 3. lib. 3. de princip. respondetque ad hunc statum perventuram naturam corpoream, cum sanctis disciplinis institutas animas Deo Patri Christus subjecerit.

καὶ καὶ ἀναλῶν τὰ χεῖρῶν, &c.] Hic & alibi sæpe Damnatorum penis finem tam diferte statuere videtur Origenes, eoque nomine toties reprehensus, atque exagitatus est, ut qui id negare audeat, nimium Origenem

P. 206.

P. 207.



gerem amare, ac præter æquum videatur. Sed quoniam jam supra in Origenianis factis à nobis discussa ea quaestio est, frustra hic actum ageremus.

τινὶ ὃ ἀμείων, ἢ, &c.] Pugnare id videtur cum superioribus; nam si nullum erit inter omnes claritatis discrimen, omnesque ex æquo nequitiae igne absumtæ erunt, quinam erunt superiores, quinam inferiores? Verum meminimus sensisse Origenem, quemcunque locum beatitatis teneant Sancti, peccatis eos semper futuros obnoxios, & è summo illo felicitatis apice depellendos quicumque novis criminibus sese alligaverint. His ergo ad summa rursum enitentibus lumen suum superiores scenerabunt. Atque hæc in Origenianis disputantur.

ἐν τῷ πλατὺς τῆ καρδίας.] Æschylus Prometh. ἐν γὰρ τοῖς συνήμοις δὲ λείπεται φρονῶν. Pindarus Olymp. πόθι φρονὶς ἐμῆς γέγραπται. Terentius Andria: *Etiannum mihi scripta illa dicta sunt in animo Chrysidis.* Locus Origenis petitus est ἐπὶ Prov. 3. 3. & 7. 3. & Jerem. 17. 1. & 31. 33. & Rom. 2. 15. & Ebr. 10. 16. Vertimus: *super latitudinem cordis*; ita verterat Erasmus. Sic habet quoque Vulgata Jerem. 17. 1. *Exaratum super latitudinem cordis eorum*: & Hieronymus hoc eodem Ieremie loco: *Exaratum super latitudinem cordis eorum*: & in Habacuc cap. 2. versum Prov. 3. 3. à se laudatum ita vertit: *Describe eam super latitudinem cordis tui.* Hippolytus de Antichristo, quem nuper Græce edidit Vir eruditus Marquardus Gudius: ἐν ταῖς περὶ τῶν πλατῶν τῆ καρδίας. Ebraica tamen sic se habent: דבר מלך לך, *super tabulam cordis eorum*: quod Chaldaeus, Syrus, & Arabs secuti sunt. Ad hæc alludit Paulus 2. Cor. 3. 3. ἐν πλατὺ καρδίας. Metaphora videtur sumpta à tabulis lapideis testimonii scriptis digito Dei: Exod. 31. 18. & 32. 15. & 3. Reg. 8. 9. & 2. Paralip. 5. 10. LXX. Interpretes, uti verisimile est, verterant his Proverbiorum locis, & apud Jeremiam: ἐν τῷ πλατὺς τῆ καρδίας σου. Ita Complutensis Editio Prov. 3. 3. ita & Aldina: quæ verba in nonnullis Editionibus desiderantur, quæque Interpres Arabs non agnoscit. Eadem Complutensis Jerem. 17. 1. γέγραμμένον ἐν τῷ πλατὺς τῆ καρδίας σου. Quæ verba cum sequentibus tribus versibus in aliis plerisque editionibus pariter prætermittuntur, quamvis apud reliquos Interpretes compareant. Proverb. vero 7. 3. ἐπὶ τῷ πλατὺ τῆ καρδίας σου. cum tamen legatos in Ebraico contextu: דבר מלך לך, *super tabulam cordis tui.* Id factum videtur Librariis oscitantia, qui pro πλατὺς scripserunt πλατὺ. Ergo Vulgata Auctor recte habet eo loco: *in tabulis cordis tui*; non ita recte Jerem. 17. 1. *Super latitudinem cordis eorum*:

quod miror secutum fuisse Hieronymum, qui interpretationem suam ad Ebraicum exemplar finxit. Aliud est autem quod habet Vulgata 3. Reg. 4. 20. *Dedit quoque Deus sapientiam Salomoni, & prudentiam multam nimis, & latitudinem cordis, quasi arenam quæ est in litore maris.* Nam Ebraice legitur בל דבר, LXX. καὶ χάρις καρδίας. Quo sensu ait Apostolus 2. Cor. 6. 11. ἡ καρδία ἡμῶν πλατυῖται. Unde Origenes Homilia unica in librum Regum: *Ut possimus cum Apostolo dicere: Cor meum dilatatum est ad vos, o Corinthii: ex latitudine enim cordis abundantia ori sapienti ministratur.*

καὶ χάρις πνεύματος ἡ ἐλάλησεν αὐτοῖς.] Erasmus P. 208. prætermisit vocem καί.

δεκεὶ δὲ μοι καὶ ταῦτα, &c.] Hieronymus P. 109. in hunc Matth. locum.

ἐν τῷ ἀρχαῖ, ὡς ἄλλοι, &c.] Ita habebat Regiæ Bibliothecæ Codex, quæ lectio verissima est; alioquiensus non constat. At Erasmus, & Codex à me ex Holmiensi descriptus hæc verba prætermittunt: ὡς ἄλλοι νοεῖν τῆς βασιλείας τῆς ἀρχῆς. ὅθεν τὰς αὐαῖς θεοσαυρὸν ὡς κερκυμένον ἐν τῷ ἀρχαῖ. Ex postremarum scilicet harumce vocum iteratione prætermisso illa contigit; quod peccatum iis frequens est, qui MSS. Codices describunt.

ἑρμηνεύειν τὸν πῶς τῶν ἀνθρώπων παρασκευασμένοις, &c.] Et paulo inferius: καθὰ ὁ ἀναρχαῖος ἐλάλησεν πῶς τῶν ἀνθρώπων. item: ταῦτα δὲ εὐαγγελιστὴν ἐν τῷ πῶς τῶν ἀνθρώπων παρασκευασμένος. A prophanis Auctoribus laudandis fere abstinebant Patres, & noster præsertim Origenes, nisi id forte flagitaret necessitas, velut in libris contra Celsum. Hujusmodi autem fuisse videtur is quem πῶς τῶν ἀνθρώπων scripsisse significat. Jubam hunc esse Regem conjicit vir literis juvenandis & promovendis natus Ilaeus Vossius, ex eodemque arripuisse Ælianum, quæ lib. 15. de animal. cap. 8. de margaritis disseruit. Plinius certe in componendo libro 37. quo gemmarum origo continetur, Juba auctore usum se scribit, eundemque nominatim laudat lib. 9. cap. 35. ubi fusc de margaritis commentatus est. Ut ut est, ex eodem sane fonte hæc Plinium hausisse constat, unde sua depromserunt Origenes, & Ælianus; eadem quippe, atque iisdem fere verbis tres isti retulerunt. Ego quidem non Megasthenem minus, aliosve, quam Jubam, Auctores istos fuisse secutos crediderim. Plinium autem Solinus, Solinum Ammianus affectatus est.

πῶς μαργαρίτων οἱ μὲν χερσαῖοι, &c.] Ælianus: lib. 15. c. 8. ὁ δὲ ἐν Ἰνδία χερσαῖος μαργαρίτης ἐλάλει φέρεται ἔχειν ἰδίαν, ἀλλὰ ἀποζήνημα ἐστὶν πρὸς ἄλλοις, ὡς τὰ ἐν τῷ παριῶν σκωτῶν ἀμύνει, ἀλλὰ τὰ ἰνδικὰ. Margaritha autem terrestris in India proveniens non fertur naturam habere propriam, sed saturam esse.



esse crystalli, non gelu concrefcens, sed foſſitii. Quod ſi recte conſpicimus, terreſtrem quoque margaritam agnovit Arrianus, Megafthene auctore, a quo idem quoque Ælianus & Origenes acceperint. Sic enim Arrianus in Indicis: καὶ τῆς (λέγεται μαργαρίτης) παρ' Ἰνδοῦ τὴν μαργαρίτην περιάσσειν καὶ τὴν περὶ τοῦ ἀπὸ τοῦ ὕδατος ἐκείνου ὅτι ἐστὶν ὁ ἴδιος τοῦ ὕδατος. Levissima mutatione lego: καὶ τὸν ἐν τῇ, &c. quamvis quæ de Indico traduntur autro, non ignorem: Et esse (inquit Megasthenes) apud Indos margaritam, quæ triplus quam obryzum aurum aestimetur; atque eam quidem effossam in Indorum terra. Huc etiam facit quod margaritam marinam speciatim ibidem designet; quod certe inestimabile, si marinæ omnes essent: καὶ ἰνδῶν δ', inquit, πάλαι, καὶ ῥωμαίων νῦν ὅσοι πολυαῖνοι, καὶ ἰνδοί, καὶ μέγιστοι ἐν τῇ θαλάσσῃ καὶ μαργαρίτης ἐν τῇ θαλάσσῃ, ὅτι τῇ ἰνδῶν γλώσσῃ καλεῖσθαι. Sed & quotquot apud Græcos olim, & nunc apud Romanos ditiores sunt, major adhuc studio emunt margaritam marinam, ita Indorum lingua dictam.

ἐν τῇ ἰνδοῦ θαλάσσῃ γινώσκουσι Plinius lib. 9. cap. 25. Indicas laudans margaritas, earumque varia genera recensens; Præcipue autem, inquit, laudantur circa Arabiam in Persico sinu maris rubri: item, Clarior in Rubro mari repertus Indicus. Mare quippe illud meridiano, australem oram ambiens, in Indicum & Æthiopicum dividebatur. Indicas tamen margaritas ab Erythræis distinguit Ælianus.

δευτέρῃ δὲ ὡς ἐν μαργαρίταις, &c.] Ita Codices Holm. & Reg. Legendum fortasse δὲ πῶς. Indicis proximæ sunt, magno quamvis intervallo, Britannicæ margaritæ: id ipsum extat ex Æliani, Plinii, & Ammiani verbis. Nobis certe quotidie margaritas deformes & exiguas dant ostrea in Britannico hoc mari deprehensa: cujusmodi quoque fert tota Borealis ora.

ἐν κόρυγχος ἵντος, &c.] Eadem hæc habet Ælianus.

περιέπαι πάλαι καὶ τὸ μέγιστον Vertit Erasmus: exploratore qui referat, qualis sit & quanta regio: videtur legisse: περιέπαι πάλαι πάλαι, καὶ τὸ μέγιστον, sed Codicum Holm. & Reg. lectionem, asserunt hæc Æliani: ἀπὸ τοῦ καὶ τὸ μέγιστον διαφύκει καὶ πάλαι καὶ τὸ μέγιστον.

ὡς ἀνατολίαν αὐτὸν εἶχειν, &c.] Ita Ælianus, & Plinius, quæ ipsi ex Megasthene descripserunt. Locus insignis est apud Arrianum in Indicis: καὶ λέγεται περὶ αὐτοῦ, ὅτι ἐν τῇ θαλάσσῃ καὶ αὐτὸς πολλὰς κόγχας, καθάπερ τὰς μελίτσας, καὶ ἐν αὐτῇ τοῖς μαργαρίταις βασιλεῖα, ἡ βασιλεία, ὡς τῆς βασιλείας, καὶ ὅτι ἐν αὐτῇ κατ' ἐπιτοχὴν συλλαβῶν, τῶν ἐν ἐπιτοχῇ συλλαβῶν καὶ τὸ αὐτὸ σμῆμα τῶν μαργαρίταις, εἰ δὲ διαφύκει ὁ βασιλεὺς, τότε

δὲ αὐτὴ θηράει ἐν αὐτῇ: τὰς ἀλλὰς δὲ περιέπαι καὶ αὐτὸν αὐτὸς πάλαι, καὶ δὲ ὅτι ἐν τῇ θαλάσσῃ. Et ait Megasthenes concham huius (margaritæ) retibus capi, versari autem in mari circa eam multas conchas, veluti apes: Regem quippe suum aut Reginam margaritas habere, ut apes: ac si quis forte Regem capiat, reliquum etiam margaritarum agmen statim ipsum circumstiteret: si vero Rex ipsos effugiat, hunc jam amplius reliquas conchas capere non posse: qui autem eas ceperint, ipsarum carnes putrescere sinere; osse autem ad ornatum uti.

περὶ αὐτὸν αὐτὸν ἐν τῇ θαλάσσῃ, &c.] Scripsit Megasthenes conchas margaritiferas retibus capi: Plinius, Ælianus, & Origenes, urinantium cura, & retibus, quæ duo piscationis diversa genera in unum confuderunt. Exolevit propemodum ista piscandi ratio, quæ sit retium ope, præterquam in quibusdam Novi Orbis regionibus. Penitus vero in desuetudinem abiit illa, quam describit Philostratus lib. 3. de Vit. Apoll. cap. 16. quæ fortasse an fabulosa est, qualia fere sunt quæcunque hoc libro proposuit otiosus Sophista. Sola fere illa in usu est, quæ fit per urinatores.

δευτέρῃ δὲ καὶ τῇ θαλάσσῃ, &c.] P. 211.

Hæc αὐτολεγει fere apud Plinium reperies: sed inepta sunt & falsa, margaritæ enim ex eadem concrefcunt materia, ex qua pinna interior testæ coalescit, ut docet Boëtius; nempe ex humore quem animal ipsum generat, & ad testæ nutritionem profundit, qualis iste est quem ad ossium suorum nutrimentum terreſtrium animalium corpora suppeditant; qualis & ille est, quem ad nucleum alimentum arbor ipsa submittit. Quapropter interiori testæ concolores margaritas reperias. albis albas, nigris nigras, cujusmodi ipse vidi.

καὶ ἀρχαῖς, καὶ ὡς περὶ τὸ δεινὸν, &c.] Plinius: Si fulguret, comprimit conchas; si vero & tonuerit, parvidas ac repente compressas quæ vocant Phyllemata efficere. specie modo inani inflatas (sine corpore, hos esse conchaxum abortus: sic enim legendum est, non ut vulgo, speciem modo inani inflatam. Adsonat Plinio Solinus, Sol. c. 56. Solino Ammianus lib. 23. Concussæ vero sæpissime metus fulgurum inanes sunt, aut debilia parvunt, aut certe vitiiis defluunt abortivis. Idem de ovibus prodit Aristoteles Histor. Anim. lib. 6. cap. 2. ἐὰν δὲ ἐρρωθή ἐπὶ οὐαζύτης (αὐτῆς) διαφθείρεται τὰ ὠα. Quod si incubante (Gallina) tonuerit, corrumpuntur ova. Contrarium tamen de margaritis docet Isidorus Characenus apud Athenæum lib. 3. cap. 14. Φασὶ δὲ ὅτι ἐρρωταὶ συνεχεῖς ὡς καὶ ὁ μὲν ἐρρωτῶν, τὸ μᾶλλον τὴν πύρραν κύνει, & πλείων γίνεσθαι μαργαρίτων, καὶ ἐν μέρει δὲ. Dicunt autem, cum tonitrua crebra sunt, & imbrimum effu-



siones, tunc potissimum pinnam concipere, & plurimas gigni margaritas, & insignis magnitudinis. Idem habet Theophylactus in Matth. 13. 14. ὁ πῶς ὁ μαργαρίτης ἰσχυρίζεται ἐν ὁσίοις, ὡς περ ἀνθρώποι τὰς ψυχὰς ἐν σκηνῇ ἀσφαλῆ. εἰς τὸ πάλιν συνηλίου τὸ αὐτὸς, ἐν τῷ ἀσφαλῆ καὶ τὸν δόξον συνηλίου τὸ μαργαρίτης, καὶ διὰ τὸ τοῦ λευκοῦτος ἐστὶ. Quemadmodum ergo margarita fertur generari in ostreo: quo aperiente eas, ex fulgure & rore concipitur margarita, propterea candidissima est.

ἀργύρεα διαφανὲς πορφυρῆς. ] Διαφανὲς non semper pro translucido, sed nonnunquam etiam pro splendido ponitur. Helychius: διαφανὲς, ἐπιφανὲς, ἐπιδεικνύμενον. Item: διαφανὲς, λαμπρὸν, διαμυρὸν. Glossa Cyrilli: διαφανὲς, limpidus, lucidus, specularis. Theophrastus de Lapid. τὸν σπυδαζομένον διὰ λείαν ἐστὶ καὶ ὁ μαργαρίτης καλεῖται, διαφανὲς μὲν τῇ φύσει. Lapidum vero qui studiose requiruntur quis est is qui Margarita appellatur, natura quidem lucidus. Temere itaque locum hunc sollicitat Vir magnus, reponique vult: ἡ διαφανὲς μὲν τῇ φύσει, cum praefertim haec verba abique negandi particula repetat Athenaeus, eoque alludat Clemens Alexandrinus in Pædago. libr. 2. cap. 12. Christum appellans, μαργαρίτην διαμυρῆν, καὶ λείαν διαφανή. Cæterum Indicas margaritas argento similes esse scribit Origenes: Androsthenes autem apud Athenæum, Indicarum alias auro, alias argento similes, nonnullas candidas, & piscium oculis pares esse docet.

ἀυρῶν τε ὑποχρυσίζουσιν, &c. ] Ita Codd. Holm & Reg. sed legendum: ἀυρῶν τε ὑποχρυσίζουσιν ἢ ἑρμα διαλαμπρύνει: vel: ὡς ἀυρῶν ὑποχρυσίζουσιν ἢ ἑρμα διαλαμπρύνει, quemadmodum legisse videtur Erasmus, qui vertit: sic ut splendor sub viridis paulum subluceat. At quis unquam virere margaritas vel fando accepit? vertimus nos, subpallidus, quod margaritarum colori mirifice convenit. Sic adamas pallidus ab Hesiodo dictus est, χλωρὸς, deinde etiam a Plinio: sic aurum pallidum a LXX. Psalm. 67. 14. ubi, ἐν χλωρότητι χρυσῶς, recte vertit Italica vetus interpretatio, in pallore auri; male Hilarius, & Augustinus, in viriditate. Male & Hieronymus in interpretatione Homiliae 27. Origenis in Lucam, in virore auri. At in interpretatione Homiliae 2. in Cantic. In viriditate auri, ut quidam legunt, vel, ut alii scriptum habent in pallore auri. Catullus: inaurata pallidior statua: & in Argonauticis:

Quantum sepe magis lurore expalluit auri? Martialis libr. 9. Epigr. 62.

Veller a nativo pallent ubi flava metallo.

At libr. 12. Epigr. 15.

Miratur Scythicas virentis auri

Flammas Iuppiter.

Virens fortasse dixit propter Smaragdos.

ὁ δὲ καὶ ἑρπύλαιαν, &c. ] Alianus de margarito Britannico: γίνονται δὲ καὶ τὰς ἐσπερίαις ὠκείανον, ἔνθα ἡ θρησκεία νῆος ἐστὶ, δοκεῖ δὲ πῶς χρυσὸν ὁπότερον ἐστὶ. Corrige ex Origene: χρυσὸν πατέρα, quod recte coniecerat Gellius. Idem hoc Indicæ etiam margaritæ tribuit Androsthenes: καὶ ἐστὶν, inquit, ἡ μὲν χρυσὸς ἐστὶν ἐσπερία, ὡς ἐν μὲν ἑσπερίαις διαγινώσκαι, ὅσα αὐτὰς τὴν θρησκείαν τὸν χρυσόν. De margaritis Britannicis plura habes apud Plinium, Tacitum, Solinum, & Amianum.

ἐν ταῖς πίναις. ] Pinna genus est ἑσπερίαις, villos promissos gerens, fundo maris affixum, pinnophylace, seu pinnotere pisce non semper comitatum; ut crediderunt Antiqui, sed aliquando, ut à Recentioribus observatum est. Aristoteles, Plinius, Belonius, alii. Reperiuntur pinnae in Acarnania margaritam ferentes; Plinius: At in aqua, Acarnaniaque vocatur pinna margaritam gignit. Propter similitudinem id etiam nominis adepta sunt conchæ Indicæ margaritiferae; Isidorus enim Characenus concham Indicam margaritifera, Pinnam appellat; Procopius vero, καὶ πῶς non quod concha Indicæ margaritam ferens vel pinna sit, vel pecten; sed quod pinna, vel pectini, vel etiam buccino, ἑρμῶν, ut volunt

Ælianus, & Origenes, similis sit. Theophrastus libro de lapidibus: γίνονται δὲ (ὁ μαργαρίτης) ἐν ἑσπερίαις τινὶ ἀσφαλῆσι ταῖς πίναις φέρει δὲ ἰνδικὴν χώραν, ὡς νῆος τινος τὴν ἐν τῇ ἐρυθρῇ. Nascitur vero (margarita) in ostreo quodam, quod simile est pinnis. Hoc autem fert Indicæ regio, & in insule quadam ex iis quæ sunt in mari rubro. Androsthenes apud Athenæum: ἐστὶ δὲ ἡ μὲν τὴν ἑσπερίαν ὅπως παραπλοῖα τὸν ἑρμῶν. Est autem ostrei aspectus similis pectini. Plinius: Libatradit Arabibus concham esse similem pectini infecto: de margaritifera concha loquuntur. Pectini similem esse dicunt, sed nullus pectinem præter Procopium appellavit, & reapse pecten non est: sed necesse pinnam vel ex eo patet, quod Aristoteles pinnae semper fundo maris harere, indeque si avellantur, emori confestim doceat: Isidorus autem scribit, conchas Indicas margaritiferas, quas pinnae appellat, per mare liberas vagari: τὴν δὲ χερσὶν ἐκ τῆς ἐρυθρῆς θαλάσσης δύνειν εἰς θάλασσαν αἱ πίναι, διότι δὲ τὰς μὲν νύκτας κερχίνας διανύουσιν, ἡμέρας δὲ μένουσιν. Hyeme autem in profunda maria immergi solent pinnae; æstate autem noctu debilius nantes, interdum vero clauduntur. Alianus scribit, extracta è mari rubro concha, avulsoque è concha lapide, liberam illam in mare demitti, novosque in ea renasci uniones: quod certe non contingeret, si extracta protinus moreretur; moreretur autem si pinna esset. Præterea pinnae auribus carent, quas dupli-

Cl. Salm.  
in Solim.  
p. 113.

Athen. lib.  
3. cap. 13.

Hesiod.  
Scut. Herc.  
Plin. lib.  
37. cap. 4.



duplices habent pedicines: conchis autem margaritifera Indiciis unam tantum esse auctor est Androsthenes. Quidquid sit à pinna, πιννικὸν factum est, quo nomine margaritas Indicas potissimum donatas esse scribit Arrianus in Periplus maris Erythræ. Vocis huius affinis vox: פנין, qua margaritæ significuntur.

ὁ μὲν ἐν τοῖς ποταμοῖς οὐρανοῖς μύς ] μύς alio nomine μύαξ, & μύτιλ: Latine *Mytilus*, & *Mytilus* & *Musculus*: inde Gallicum, *Moule*. Ita dictum volunt ὁπὸ τὸ μύον, quod claudatur & aperiatur rursus: non credo; nam omnes feræ conchæ & ostrea ita deberent appellari. An potius quod colore & figura muri similis sit? Porro non circa Bosphorum tantum, sed in toto hoc etiam Borealitratu margaritæ ferunt ostrea; ferunt & mytuli, non marini duntaxat, sed & fluviatiles, ac nigras quandoque, & sibi concolores, & vagrantes margaritas. Archangelus Lambertus in Descriptione Mengreliæ, narrat in ora Colchica Ponti Euxini repertos à se uniones rufos in ostreis nigris, hoc est, in mytilis, & penitus eorum similes quos circa Bosphorum Thracium deprehendi tradit Plinius. Scribit Leo Africanus in Garetana provincia Feilani regni, ad portum Melelensem, ostrea olim margaritas tulisse. Alia pleraque tum maritima, tum mediterranea loca recenset Arnoldus Boetius, margaritarum feracia.

Lut. 3.

Arnold.

Boet. de

lap. &amp;

gemm. lib.

2. cap. 37.

P. 212.

ὁ δ' ἀγέλαρχος τῶν μαργαριτῶν ] Margaritæ pro conchis margaritifera posuit. Sic Tacitus in vita I. Agricolæ: *Fert Britannia aurum, & argentum, & alia metalla, pretium vitæ. Gignit & Oceanus margaritas, sed subsca ac liventia. Quidam artem abesse legentibus arbitratur; nam in rubro mari vitæ ac spiantia saxis avelli; in Britannia, prout expulsa sint, colligi. Ego facilius crediderim naturam margaritis deesse, quam nobis avaritiam.*

ὁ πολυτήμυτος μαργαρίτης &c.] Hæc repræsentat Hieronymus in eundem hunc Matthæi locum.

P. 213.

ὁπὸς τελείωσιν νεύριον, &c.] Ita MSS. Holm. & Reg. sed sine sensu. Scribendum videtur, τελείως. Erasmus delet vocem, τελείωσιν, vertit enim: *ad intelligendum Evangelium.*

P. 214.

ἀλλ' ἢ μὲν ἐν τῇ ἐπιείκῃ, &c.] Tres hic imaginum formandarum rationes recenset: prima cum ceris pingitur, altera cum statua, tertia cum cerea simulacra effinguntur. Prima colores sine prominentiis; secunda prominentias sine coloribus; tertia prominentias & colores continet. Qui artem ceris pingendi exercebant, dicebantur κερογράφοι, qui fingeant statuas, ἀνδριάντες. πλάσσαι, qui cereas effigies, κεροπλασται.

ἐξ ὧν οἰονταί τινες, &c.] Valentiniani, qui

tres hominum naturas adstruebant, πνευματικῶν, ψυχικῶν, & ὑλικῶν. Epiphani. Har. 31. cap. 7. & 19. & seq.

δὲ καὶ ἐν τῇ ἐξέκλειῃ ] Et sequentia, usque P. 215. ad hæc: *Θεαυτοῦ, ἐν τῇ πᾶσι, desiderabantur in nostro Codice, nec in Erasmi interpretatione comparent: ea per librarium negligentiam exciderunt, quæ nos è R. C. supplevimus.*

πᾶσι μετέβαλεν ἐπὶ, &c.] Et quæ sequuntur, usque ad id: *πᾶσι ἀσείας φύσει, à nostro Codice & Erasmi interpretatione aberant. Ea nos C. R. debemus.*

σαγήνη ὅ, πλοῦς ποικίλη, &c.] Vide Origenem Homil. 16. in Joann. p. 150.

βέλῃς δὲ ἡ σαγήνη αὐτῇ, &c.] Hæc arripuerunt Hieronymus, & Theophylactus.

δυνάμει δὲ χωρὶς, &c.] Vide Homilium 7. Origenis in Levit. circa finem, ubi mare vitæ huic, pisces hominibus, retia fidei comparantur.

τὰ ἔξω τῷ ἐν ὁρῶματι ] Male Erasmus: *extra vitæ negotia*: id enim esset: *ἔξω τῷ ἐν ὁρῶματι*. illud autem est: *τὰ ὁρῶματι ἔξω τῷ ἐν, negotia quæ sunt extra vitam.* Ita Origenes in Johann. II. 43. 44. *τὰ ἔξω τῷ ἐν ὁρῶματι*

τῷ ἐν ὁρῶματι, &c.] Origenes Homil. P. 217.

II. in Num. *Quod si ita est, erit ergo etiam inter Angelos & homines iudicium Dei. & fortassis iudicabuntur aliqui cum Paulo, & conferentur laboribus ejus, & fructibus qui ex multitudine credentium veniunt: & forte invenietur in laboribus superior etiam aliquibus Angelis; & ideo nimirum dicebat: Aut nescitis, quia Angelos iudicabimus? non quod ipse Paulus iudicet Angelos, sed quod opus Pauli, quod egit in Evangelio, & erga animas credentium, iudicabit Angelos; non enim omnes, sed aliquot Angelorum.* Sed hæc fule in Origenianis libr. 2. cap. 2. Quæst. 5.

ὅπερ οἰονταί τινες, &c.] Vide Thomam Aquin. p. I. q. 108. a. 8. & q. 63. a. 9. & I. 2. q. 4. a. 5.

ζημιματὸς πᾶς ὁ μαμαδουμένους, &c.] Origenes Tract. 24. in Matth. *Qui ergo non recedunt à litera Legis, Scribæ dicuntur.*

καὶ ὡς τὸν νόμον ἀναγιγνώσκων, &c.] Vides P. 219. hic allegoricum sensum Veteri Legi, anagogicum Novæ ab Origene tribui: quam distinctionem amplexus est Thomas p. I. q. I. a. 10. cum mysticum sensum trifariam dividi docet, in allegoricum, tropologicum, & anagogicum; quorum prior ad eas Veteris Legis partes pertineat, quibus ea quæ sunt Novæ Legis, significantur; secundus Novæ Legis historiam ad mores informandos conferat; & tertius demum futuræ vitæ adumbrationem in Novæ Legis involutris occultam revelet. Consulendus omnino super ea re Sixtus Senensis Biblioth.



Sanct. lib. 3. Hanc tamen ab Origene distinctionem neglegi aliquando observavimus.

ei & μη εννοία] Erasmus, quod si in re nullum est discrimen, atque etiam sensu: videtur legisse, ei καὶ ἐννοία.

διὰ τὸ ὅτι γραμματείας μεμαδυνεύει, &c.] Γραμματεία fit ἀ γραμματεῖς. γραμματεῖς autem et si reddimus, Scriba, ut vulgatam nempe interpretationem retineremus; eum tamen hic intelligimus cum Origene, qui interioris sensus & spiritualis vel nondum capax, vel negligens, litera duntaxat adhæret. γραμματεία igitur erit adhæsiō illa literæ, seu tractatio literæ, ut optime convertit Erasmus, quem nos secuti sumus. A tractatione autem literæ auspicari debet is qui ad reconditionem Scripturæ sensum penetrare vult.

P. 220. ἐμόνον τὰ καινὰ τῶν ἐναγγελίων, &c.] Hieronymus in hunc Matth. locum, Chrysostomus Homil. 47. in Matth. Augustinus Quæst. in Matth. Cyrillus lib. 8. de adorat. in spirit. & verit. Theophylactus in Matth. 13. 52.

καὶ τὰς δευκατέρας αὐτῶν] Enumerat singulas Novi Testamenti partes; Evangelia scilicet, Apostolorum Acta, & Epistolas, eorumque, Johannis scilicet, Apocalypsin. Male ergo Erasmus hunc locum ita vertit: Nova Evangeliorum oracula, & Apostolorum, & horum explanationes.

πρὸς διότι τὰ διαιρούμενα] Marcionistas.

διωόμενοι μετὰ τὸν καινόν, &c.] Hæc proferre videtur tanquam ē Novo Testamento, quæ in eo tamen non reperiuntur.

P. 223. ὡς τοῦ ἐν αὐτῶν, &c.] Quam opinionem amplexi sunt Ebionitæ, Uxores duas duxisse Josephum; priorem Escham, ē qua nati sunt Jacobus, Ioseph, Simon, & Iudas; & filia duæ, Esther, & Thamar; vel, ut alii, Maria, & Salome; alteram Mariam matrem Domini, ex apocryphis iis Libris quos laudat Origenes derivata traditione, complures Græci, Latinique Patres crediderunt. Primus eam opinionem confutavit Hieronymus adversus Helvidium disputans, & in Matth. 12. perpetuamque coluisse virginitatem Iosephum docuit. At per vulgatis variotum super eare opinionibus, eam adde quam proponit Theophylactus:

ἀδελφὸς δ', inquit, καὶ ἀδελφὰς ἔχεν ὁ κύριος τὰς τρεῖς ἰσοφῶσας, ὥς ἔτι καὶ τὴν πρῶτην αὐτῶν κλοπα γυναικός. τὸ γὰρ κλοπα ἀπαίδευσεν, ὁ ἰωσήφ ἔλαβε καὶ τὸν νόμον τῶν γυναικῶν αὐτῶν, καὶ ἐπαίδευσεν αὐτὰς ἐν αὐτῇ παιδείᾳ, τέταρτας ἀρρένας, καὶ δύο θυγατέρας, πέντε μαρτύρια, ἢ ἑλένη, ἢ κλοπα θυγατέρα καὶ τὸν νόμον, & πέντε σαλῶν. Fratres & sorores habuit Dominus Iosephi liberos, quos suscepit ex fratris sui Clope conjuge. Quum enim in probris obisset Clopas, uxorem ejus Ioseph

juxta Legem assumpsit, ex eaq. liberos sex procreavit, quatuor masculos, feminas duas, Mariam, quæ Clope filia dicebatur juxta Legem, & Salomon.

τὸ ἐπὶ γραμματείας καὶ πέντε θυγατέρας, &c.] Hoc est Evangelium Petri, & Jacobi Prot-evangelium, quod hodieque extat: neutrum autem vel Jacobi, vel Petri, sed Leucii cujusdam opus esse docet Innocentius Papa Epist. 3. ad Exuper. cap. 7. Cetera autem, inquit, quæ vel sub nomine Matthiæ, sive Jacobi Minoris, vel sub nomine Petri, & Iobannis, quæ à quodam Leucio scripta sunt, &c. novis esse damanda. De Evangelio Petri librum scripserat Serapion, ad ipsum de piorum manibus excutendum. Fragmentum ejus inseruit Eusebius in Histor. Eccles. lib. 6. cap. 12. unde discimus, factum fuisse & dicitur istud opus. Vide item Hieronymum lib. de Script. Eccles. in Petro, Jacobo, & Serapione.

τὸ ἰσοφῶν ἡμῶν ἐκαστὸν ἀνδρῶν, &c.] Eadem hæc ipse repetit lib. 1. contr. Cels. unde repudiandi nobilis illius & luculenti de Christo testimonii, quod extat apud Iosephum lib. 18. Antiq. cap. 4. argumentum sumferunt nonnulli, & illuc pia quidem fraude, sed fraude tamen fuisse intrusum contenderunt. De eo nos alias, favente Deo, disputabimus.

ἐπὶ παλαιοῖς ἀποκρυφῶν, ἐν τῇ παραβολῇ ἀποκρυφῶν, &c.] Hæc prætermisit Erasmus, P. 224.

καὶ ἰσοφῶν δὲ παντὶ, &c.] Origenes Homil. 2. in Isaiam: Cur non dicamus in presenti traditionem quandam Iudaorum, verisimilem quidem, nec tamen veram, & solutionem ejus quare non inveniamus? Ajunt ideo Isaiam esse sectum à populo, quasi Legem prævaricantem, & extra Scripturas annuntiantem.....

Et propter hoc eum secuerunt, & condemnaverunt eum ut impium. Isaiam a Manasse ferat lignea dissecatum fuisse constans est Ebraeorum traditio: id præter Origenem docet Hieronymus in Isaiam non uno loco, & in Iudaorum libris hodieque reperitur.

διὰ τὸ ἐν τῷ ἀποκρυφῷ ἰσοφῶν αὐτῶν φησὶν] Eundem hunc librum designare videtur Origenes in cap. 23. Matth. Fertur ergo in Scripturis non manifestis (ἀποκρυφῶν) scriptum esse Isaiam, & Zachariam occisum, & Ezechielem. Et paulo post: Sed pone aliquem abdicare Epistolam ad Ebreos, quasi non Pauli, nec non & Secretum abicere Esaiæ. Et in Epistol. ad Julium African. Est manifestum quod dicunt traditiones, sectum esse Isaiam Prophetam, & hoc habetur in quodam Apocrypho. Hunc autem librum eum esse puto, cui ἀναβατικὸς ἰσοφῶν titulus fuit: hujus meminit Epiphanius Hæc. 40. quæ est Archonticorum, c. 2. λαμβάνουσι δὲ λαβὼν ἀπὸ τῶν ἀναβατικῶν ἰσοφῶν, ἐπὶ δὲ καὶ αὐτῶν τῶν ἀποκρυφῶν. Assumunt autem argumenta ex Ana-

Epiphanius apud Hieronymum c. 12. c. 3. Epiphanius Hæc. 78. quæ est Antilegomenarum c. 8. Theophylactus in Matth. 13. 56.



Anabatico Esaie, & ab aliis præterea quibusdam apocryphis, & Har. 67. quæ est Hieracitarum, cap. 3. βλάται δὲ πῶς τελείαν ἀπὸ οὐρανὸν ποιεῖς, ὅσο τὸ ἀναβατικὸν ἡσάει. Id autem præcipue ex Anabatico Esaie confirmare vult. Meminit item Hieronymus in Isaia 64. *Ascensio Esaie, & Apocalypsis Elia hoc habent testimonium.* Et per hanc occasionem, multaque huiusmodi, Hispaniarum & Lusitania decepta sunt muliercula onerata peccatis.

P. 227. ὁποῖος ἐφάρων δι' ὁσθ' ἀνακαίσι, &c. ] Actor. 23. 8. Josephus passim, & alii. Hugo Grotius vir excellentis ingenii & doctrinæ, in Matth. 22. 29. scribit, nihil admisit Sadducæos quam quod in libris Moysi αὐτοῖς ταῖς λέξεσι continetur; allegorias autem & tropologias respuisse; contrarium tamen hic aperte docet Origenes, quæ nempe in Lege de Angelis dicta sunt, quoad verba repudiante Sadducæos, quoad Tropologiam recepit. Idem Grotius in Matth. 22. 27. quærit, quomodo Angelos esse negarent Sadducæi, qui Moysi scripta admittebant, in quibus tam frequens est Angelorum mentio; respondet Origenes hæc ipsos ad tropologiam retulisse; at Grotius Angelos ab eis pro Dei ἀγγέλους & ἀρχαγγέλους δυναμεις habitos fuisse censet. ἰερεὺς δὲ, &c. ] Act. 23. 6, 8.

P. 228. αἰκός δὲ ὅτι ὁ λαός, &c. ] Mira est hic Erasmi indigentia; sic enim locum integrum convertit: *Verisimile est autem quod populus existimans Iohannem esse verum Prophetam, cuius tanta fuit multitudo, ut Pharisei metuerint; & quoniam videbatur id placere populo, flagitavit a Iohanne sponsum, baptisimus ipse iurum de celo esset, an ex hominibus, non ignoraverit eum esse filium Zacharie.* At meminisset non à Iohanne Phariseos, sed ab ipsis Phariseis Christum quævisse, *Verum baptisimus Iohannis de celo esset, an ex hominibus:* nec præ timore populi ausos fuisse quæstioni respondere. Vide Matth. 21. 24.

ὅτι τὸν τὰν] C. H. ἐν τῷ λαῷ perperam. Vid. Luc. 1. 22.

ποῖαν δὲ ἐν ἐκείνῃ περὶ αὐτοῦ, &c. ] Infelicitate quoque in huius loci explicatione versatus est Erasmus, Sicille: *Proinde probabile est vel Herodem, vel quempiam de plebe fecerasse, ut arbitraretur non duos fuisse Iohannem, & Iesum; sed unum & eundem Iohannem, posteaquam surrexerat ex mortuis, post decollationem vocatum fuisse Iesum.* Facile perspiciet attentus Lector non id necesse habuisse Origenem ex præcedentibus concludere, quod diserte scripserunt Matthæus, Marcus, & Lucas, Præterea unde id concluderet Origenes, cum præcedentia contrarium adstruant?

πῶς τὴν μετασωματώσεως ψευδοθεῖαν] Quid his opponent, qui Origenem in absurda illa μετασωματώσεως sententia fuisse credunt,

quam hic, & infra in Matth. 15. p. 259. & diserte Tom. 13. in Matth. 17. p. 304. tacite Marcionem hoc errore imbutum perstringens, falsitatis insinuat? Sed nos hæc copiose in Origenianis nostris ventilamus.

ὅτι προφῆτης ὡς εἶς, &c. ] Ubi alii Codices legunt: ὅτι προφῆτης ἔστιν ὡς εἶς τῶν προφητῶν. alii: ὅτι προφῆτης ἔστιν, ἢ ὡς εἶς τῶν προφητῶν.

ἔτι καὶ τῶν βασιλευσάντων, &c. ] Cum Judæorum Regis hoc loco meminit Origenes, nō Judæos proprie dictos intellexit, sed Galilæos, qui Iudææ late sumtæ pars erant. Nonnunquam enim Iudææ nomine veniūt tribus duodecim; nonnunquam solæ tribus Iudæ & Benjamin. Ita Ptolemæus libro Geograph. 5. c. 16. Iudæam describens, Galilæam in ea, Samariam, Iudæam proprie dictam, & Idumæam comprehendit. Hoc sensu intelligendus Davidis locus: *Notus in Iudæa Deus;* & ille: *Facta est Iudæa sanctificatio ejus.* Mirandum porro est censuisse Origenem nullam amplius Herodi, ejusque successoribus fuisse potestatem animadvertendi in reos; nam ad Herodem Iesum misit Pilatus, qui capitis causam coram eo diceret, postquam hunc Galilæum esse, ad ejusque ditionem pertinere intellexit, ut est apud Luc. 23. 7. Et ab eo damnando ideo se tantum abstinuit Herodes, & ad Pilatum remisit, vel quo par ejus comitati referret, vel quod insontem Christum reperiret. Agrippa etiam Herodis Antipæ successor, ejusque fratris filius, Iacobum Zebedæi, filium capite plexuit, ut docet idem Luc. Act. 12. 2. Integra igitur fuit illis, & plane regia post Iohannis mortem reos puniendi potestas. Nihil magis verum est, quod libr. 4. ἀδ' ἐξων, cap. 1. disserit Adamantius: *Manifestissime enim ex ipsa historia apparet ex his quæ hodie pervidentur, quia ex temporibus Christi ultra Reges apud Iudæos non existerunt.* Nam Agrippa regnum Herodis in partes sectum ex assie possedit. Quo mortuo Syriæ adjecta est Iudæa. Quod autem habet libr. 6. in Epist. ad Rom. *Annon jure dicitur in hac parte mortuus sermo Legis, cui nulla sacrificia, nullum sacerdotium, nulla Levitici ordinis deferuntur ministeria? Homicidam punire non potest, nec adulterum lapidare: hæc enim sibi vendicat Romanorum potestas: Et dubitas adhuc si mortua sit lex?* Id pertinet ad Origenis ætatem, quæ jam regia potestas, ejusque potestatis imago in Romanos transierat. Quo tempore quidquid Judæorum Ethnarchæ poterant, Cæsare gratificante impetrabant, vel ipso dissimulante attemptabant. Origenes ad Africanum: οὐκ ἔστι βασιλεὺς ἐν τῇ ἰουδαίᾳ, ἀλλὰ ἡ ἐκκλησία αὐτοῖς τελείαν, ὅσα συγχωρεῖται καὶ παρ' αὐτοῖς δύναμις, ὡς καὶ ἐν διαφέρειν βασιλευσάντων τῶν ἡμετέρων, ἰσχυροὶ πεποιθότες γίνονται δὲ ἐκ κρείττερα



λελυθῶτος καὶ τὸν νόμον, καὶ καθ' ὅσον ἔσονται τινες πλεῖν θανάτων. ὅτε μὲν τὸ πᾶν εἰς τὸ παρρησιασθῆναι, ὅτε μὲν τὸ λανθάνειν τὸν βασιλεύοντα, καὶ τὸ ἐν τῇ χάριτι τῷ ἔθνει πολλοὺς ὑποτάσσοντας ἑαυτοὺς μαμαθῶνα, καὶ πεπληροφωμένους.

μὲν τῶν ἀρχιερέων, &c.] Licet Synedrīi potestatem valde infirmasset Herodes Magnus, aliqua tamen pristina illius autoritatis & dignitatis imago supererat: proptereaque tanti nominis reum Hierosolymā, hoc est in ipsius Synedrīi ditione non damnavit Herodes, illius injussu, vel certe illo adversante, cui tantum tribuebat ipse Pilatus, ut Christi causam ipsi disputandam relinqueret, Johan. 8. 31.

καὶ τότε οἱ μὲν πεπληρώθησαν, &c.] Aliter sensit ipse Origenes Homil. 17. in Gen. & cum Origene Eusebii, plurimique alii, pertinere nempe prædictionem hanc ad Herodis Magni tempora, qui cum juxta plurimorum sententiam alienigena esset, & Judæorum regnum dolo malo invasisset, & regie stirpis Juda reliquias sustulisset, tunc ortus est Christus Dominus. Nunc vero prædictionis sensum alio detorquet ἀλλοτρίως

pro more suo, vultque significari Reges Judæorum potestate regia fruituros ad Christi usque ætatem; tuncque ipsos ea privatum esse, propter nefarie interemtum Johannem. Non hic eorum sententiam refero quos eo adduxit Herodes vir vaferrimus, ut ipsum crederent vaticinatione hac designari, verumque esse Messiam. Vide Tertullianum de præscript. Hæret. Epiphanius Hær. 20. Hieronymum dialog. in Lucifer, & in Matth. 22. 16. & Nos infra ad Comment. in Matth. 22. 15. & seq. pag. 482.

ἵνα, ἂν ἔλθῃ ὁ ἀπόκρισις.] Origenes in Joh. 4. 25. lib. 1. contr. Celsi & Philoc. cap. 1. legit. ἵνα, ἂν ἔλθῃ τὰ δεικνύμενα ἀπ' αὐτοῦ. At lib. 4. ἀπ' αὐτοῦ, ἵνα, ἂν ἔλθῃ ὁ ἀπόκρισις. & Homil. 17. in Gen. utramque hanc lectionem agnoscit, quemadmodum & Epiphanius Hær. 20. Athanasius, Augustinus, alique; & ante hos omnes Justinus dial. cum Tryphone. Ebraice habetur: בן־בִּיָּא. At בן־בִּיָּא vel significat, filius ejus, vel, pacificus, quod Messia tribuitur Esaia 9. 6, 7. & Hebr. 7. 2. Quidam Samaritani Codicis auctoritate fritegunt בן־בִּיָּא, & exponunt: *Donc veniat cui, supple, restitutum est regnum*: sed præter obscuritatem sensus, repugnat בן־בִּיָּא pro בן־בִּיָּא, cuius contractionis ante Davidem exempla nulla extant.

ἀφ' ὧν οὖν πλεονάζουσιν ταῦτα ἡδύοι.] Non Judæos proprie dictos intelligit, quibus jam olim jus vitæ & necis à Romanis fuerat ablatum; suffectis videlicet Archelao in exilium acto Præsidentibus; sic enim Judæi Johann. 18. 30. *Nobis non licet interficere quemquam*: (licet in reos deinceps animadver-

tisse aliquando ipsorum Ethnarchæ reperiuntur, vel suum illis jus remittentibus Romanis, vel dissimulantibus;) sed ipsum Regem Galilæorum, qui & ipsi, uti supra docuimus, dicebantur Judæi.

καὶ αὐτοὶ αὐτὸν τὸν προσφθιτὸν, &c.] Hilarius: *Ob hanc itaque asperæ admonitionis veritatem Iohannes tanquam Lex in carcere continebatur.*

ἔσθ' ὁ φιλιππος ὁ τετραρχῆς &c.] Joseph. Hilar. in Antiquit. lib. 18. cap. 7. Herodem cum fuisse vult, Antipæ illius fratrem, non ἐπομύτριον, sed Mariamne Simonis Pontificis filia natum, cujus uxorem Herodiam abstulerit Antipas; cumque à Philippo Trachonitidis Tetrarchæ, cujus capite superiore mentionem fecerat, manifesto distinguit. Hugo Grotius, cujus auctoritati, cum in aliis omnibus, tum in hoc loco multum tribuo, ut Evangelistas, qui Philippum appellant hunc Herodiadis maritum, cum Josepho conciliet, duplicem Philippum dat, utrumque Herodis Ascalonitæ filium; quorum alter Trachonitidi præfuerat, alter cum Philippi nomine, Herodis etiam agnomen habuerit, uti Antipas ille noster, qui Herodes itidem dictus fuit, quo ab alio Antipatro Herodis itidem magni filio discernetur.

τὴν νόμον ἐν ἀπαίδεια συγχωροῦντες.] *Supple, μόνον. Lege ejusmodi nuptias tunc solum permittente, cum liberi non supersessent*; supererat autem saltatrix illa. Ita Chryl. Chrys. in 1. 48. 16. *Quoniam ergo Herodes filiam habentem fratris uxorem duxit, propterea accusat Iohannes.* Et mox: *τὴν νόμον, ἡ νόμος, δὲ ἡν παρρησιασθῆναι τὸν νόμον.* *Quartum, puella, propter quam illegitima erant nuptiæ.* Ita etiam Theophylactus: *ἡ νόμος ὁ ἰωάννης τὸν ἡρώδην, ὡς ἀδελφὸν αὐτοῦ τὸν γυναικῆ, ὃς ἡ νόμος ἐκείνην τὴν ἀδελφὴν γυναικα πότε λαμβάνειν τὸν ἀδελφόν, ὅτε ἀπαιεῖται ἐκείνη.* *ἐκείνη δὲ ὁ φιλιππος ὁ τετραρχῆς, ἡν γὰρ αὐτὸς αὐτὸς ἡ ὀρχισαμένη.* *Reprehendebat autem Iohannes Herodem, ut qui contra legem haberet fratris sui uxorem. Lex enim jubeat fratris uxorem tunc assumere fratrem, quando absq. liberis ille decessisset. Sic autem Philippus absq. liberis non obiit; ei enim saltatrix illa filia erat. At non sine liberis, cui vel unus filius, una ve filia est, ut ait Cajus Jurisconsultus: nam etiam si filia nomen paternum non repræsenteret, hereditatem tamē adibat, & nepotem de se fortasse datura erat, qui in avi familiam inferri posset. Sunt qui doceant Legem hanc qua frater fratri absq. liberis mortuo semen suscitare tenebatur, ad eum etiam pertinuisse, cujus frater femine tantum sexus prole relicta obisset, propterea sancita ea lege, ne fami-*

Joseph. O.  
rig. lib. 14.  
cap. 15.

Chrys. in  
1. 48. 16  
Matth.



Deut. 25.  
5.

familiarum nomina interirent; interitura autem fuisse, si filia solum superfuissent, quæ in aliud nomen familiamque nubendo transfirent: idque ex hoc Deuteronomii loco patere volunt: *Quando habitaverint fratres simul, & unus ex eis absque liberis mortuus fuerit, uxor defuncti non nubet alteri, sed accipiet eam frater ejus, & suscitabit semen fratris sui, & primogenitum ex ea filium nomine illius appellabit, ut non deleatur nomen ejus ex Israël.* Si autem quorum hic mentionem facit Origenes, non videntur fuisse Herodem Herodiadem Philippi uxorem per fas duxisse, cum liberi, malculi videlicet, non superessent: cur enim succensuisse dicerent Herodi Johanne? cur mox scripsisset Origenes Herodem majus admisisse flagitium, quam si putent, si contra Legem non peccasse putarent?

Antiq.  
lib. 13.  
cap. 6.

ἡμεῖς δὲ μὴ δυνάμεθα ἀποδοῦναι, &c.] Qui potest reperire mortuum fuisse Philippum ante Herodiadis conjugis discessionem, quem anno imperii Tiberii vigesimo perisse tradit Josephus, hoc est, aliquanto tempore post Christi mortem, tempore etiam à Johannis interitu? Scribit Hieronymus in hunc Matthæi locum Aretam regem, Herodiadis patrem, exortis quibusdam contra generum simultatibus tulisse filiam suam, & in dolore prioris mariti. Herodis inimici ejus nuptias copulasse. Basilus Seleuciensis Orat. 18. Herodem ἀδελφικῶς ἰούης τοῦ Ἡρώδου, ejusque cum Herodiade nuptias μοιχείαν appellat: deinde sic ait: ὧς ἐν τῷ ἀδελφῷ πῶ γαμπεύει σφαιρίζεται, συμπαράσχει τὴν ἀποκαταστάσιν τῆς οὐσίας τοῦ γένους, &c. Vivente ergo fratre uxorem ejus abducit, & usurpat; regno utens libidinis administro. Theophylactus: τῷ δὲ λόγῳ ἐστὶν ὅτι καὶ ἐπὶ τῷ Φίλιππῳ ἀφελὲς ὁ Ἡρώδης, & πῶς γυναικῶν, & πῶς τετραρχίας. Quidam vero dicunt vivente etiamnum Philippo, abstinuisse Herodem & uxorem & regnum. Euthymius Zigabenus in hunc Matth. locum: Duabus vero de causis eum increpabat (Johannes) primum quidem, quod vivente fratre suo abstulerat violenter & illius uxorem, & tetrarchiam: deinde quod etiam quum ipsa filiam ex illo peperisset, duxerat eam, quorum utrumque contra Legem erat. Iubeat enim Lex fratris uxorem ducere, non tamen adhuc viventis, neque eam quæ ab illo prolem suscepisset.

P. 230.

ποινὰ τις εἶσα δόξα, &c.] Herodiadem appellat ποινὴν δόξαν, & μοιχεύειν διδασκαλίαν, quemadmodum Herodem, παρὰ νόμον λόγον, & μοιχεύειν λόγον, uti mox observabimus; & infr. Tom. 12. in Matth. 16. r. reges, ἐνεργείας: eodem quo Pharaonem, τὸν τὰς θεοσεβείας οὐκ εἰδέναι θεῖον πνεῦμα appellat Philo; Afranius, dedecus, hominem infamem; Lucilius, carcerem & ergastulum hominem carere dignum; & Terentius, scelus, hominem

icelestum; & Catullus, stuporem, hominem stupidum, & lutum, lupanar, meretricem; & Seneca, *Herodis conjugia*, conjugem; & Juvenalis *vitia*, homines vitis inquinatos; & Martialis vitiosum appellari vetat Zoilum, sed vitium dici jubet. Ita senex decrepatus, &c. Aristophani, & Machoni apud Athenæum, *silicernium* Latinis nominatur. Hanc translationis formam attingit Crassus apud Cicer. 3. de Orat. *Quoties in genere (translationum) & virtutes, & vitia propriis in quibus illa sunt, appellantur: Luxuries quam in domum irrupit, & Quo avaritia penetravit, aut, Fides valuit, iustitia confecit.*

ἐτήρησε μὲν ἂν τις τῶν ἀπὸ ἡμῶν, &c.] Is est, fortasse, Philo Judæus. Inde porro, & ex altero, quem supra profert Origenes in Matth. 13. 55. Josephi testimonio existimet Lector, verene scripserit nuper Vir eruditus, quem honoris causa non nomino, Auctores laudare Origenem non solere.

ἐπὶ ἡμετέρας γὰρ τῆς ἡμετέρας, &c.] Origenes Homil. 8. in Levitic. *Nemo ex omnibus Sanctis invenitur diem festum, vel convivium magnum egisse in die natalis sui, &c.* ubi prolixè docet, non modo à sanctis natalitia celebrata non fuisse, sed illos etiam diem suum natalem fuisse execratos. Hieronym. *Nullum alium invenimus observasse diem natalis sui, nisi Herodem, & Pharaonem, ut quonumerat par impietas, esset & una solennitas.* Quid fiet ergo Agrippa Rege, quid Antiocho, quid tot aliis quos diem suum natalem celebrasse tradunt historia?

ὅρα τὸν λόγον, &c.] Vertit Erasmus: *vide rationem juxta quam purorum & impurorum ciborum discrimen expenditur: despiciunt autem, &c.* satis commodo sensu, id enim vult: Mirare illud, maximam à Judæis haberi rationem ciborum mundorum & immundorum, juxta Legis præceptum: despiciunt autem Prophetiam, &c. Ego tamen aliter sentio, hunc videlicet λόγον eum esse de quo supra: & ἐν ἡμετέροις δὲ ἀδελφίμῳ βασιλεύοντι αὐτῶν λόγῳ ὀρχήνται, ὡς ἀρίστην τῶν λόγων τὰς κινήσεις αὐτῶν. Et in die natali injusti sermonis in eos regnum repentis saltant, ita ut Sermoni motus eorum placeant. Et infra: συνανέκινται & συνεβλάστησαν λόγῳ μοιχεύειν ἰουδαίων βασιλεύοντι οἱ ἐπὶ τῇ ἡλικίᾳ αὐτῶν ἰουδαῖοι. *Discumbunt, & epulantur cum malo Sermonem in Iudæos regnum tenente, qui in die ejus natali oblectantur.* Et iterum: & ὅς ἐστι μὴ παρρησίας ἀρεῖται ὁ νῦν ἰουδαίων λόγος τὰς ἀρετὰς. *Nec enim confidenter vaticiniis fidem decrecat, qui nunc Iudæorum Sermo est.* Ita Origenes homines perditos & nequam, μοιχεύειν λόγον appellat in Matth. 13. 36. & seq. p. 206. τὰ ἱκανία, ἀπὸ εἰς οἱ μοιχεύοντες λόγοι, οἱ δὲ κακίας οἱ τὸ ποινῶν. Ita Johannem supra ἀποφθιτικὸν λόγον, ita Herodiadem

ποινῶν.



P. 231.

32 AD ORIG  
 παρορῶν δόξαν, ἡ μουθιρῶν διδασκαλίαν.

ἵψ' εἰς μάλλον ὑποτρέχειν ἑαδ.] *Adi O-*  
*rigenem* Hom. 3. in *Levit.* Contule præter-  
 ea in hunc *Marthæi* locum *Hieronimum,*  
*Theophylactum,* & *Euthymium.* Deni-  
 que de promissis non servandis quid mora-  
 lis *Ethnicorum* *Philosophia* præcipiat, di-  
 sce ex *Cicerone* libr. 1. & 3. de offic.

*Ποῦάμεν δὲ*] *revera*, ita Erasmus, quem secuti sumus, licet aliquid aliud sonare videatur vox Græca, sed Latina verba quæ respondeant, non habeo.

ἀνερχόμενοι εἰς ἑρμῶν τόπον, τὰ ἔθνη] Infra: ἀνερχόμενοι εἰς ἑρμῶν τὸν τόπον, εἰς ἔθνη &c. Item: καὶ εἰς τὸν τόπον τῶν ἀνθρώπων, &c. Loc. ille erat prope Bethsaidam, Luc. 9. 10. Bethsaidam vero Galilææ urbem fuisse nemo nescit. Hæc autem loca Gentibus habitari scribit Origenes, quod magnam Galilææ partem jam inde à Salomonis temporibus Gentes occuparent. Quum enim limina cedrina & abiegna, ingentemque aurum copiam ad constructionem Templi suppeditasset Hiram rex Tyri, viginti illi oppida in terra Galilææ concessit Salomon, 3. Reg. 9. 11. Inde Galilæam Gentium dictam Isaïæ 9. 1. & Matth. 4. 15. docet senior pars Interpretum.

τὸ πρῶτον διδόνει, &c.] Origenes Ho-  
mil. 9. in Judic. Licet tamen etiam hoc in mi-  
litia Christi, ut si forte aliquando inferiore tem-  
poribus servetur in persecutionibus, & non  
aquum tibi adversum crudelitatem tyranni per  
fragilitatem corporis videris esse certamen, da-  
re locum ira, & fugere de loco ad locum, nec tibi  
locum adscribitur militare commissum. Desi-  
gnatur hoc etiam in legibus Christi dicentis : Si  
vos persecuti fuerim in hac civitate, fugite in  
aliam. Summa namque rei est, Iesum quem semel  
confessus es, non negare. Certum est enim quod  
Christum confitetur ille, qui propterea fugit, ne  
neget. Etenim Johann. II. 54. ταῦτα καὶ τὰ τέλει  
παράκλησα ἀναγόμεθα πρὸς τοὺς ἐκλεκτοὺς τὸ λόγῳ  
ἐπιστρέψαι ἡμᾶς ἀπὸ τῶν θυμῶν, καὶ ἀλλοτρίοτερον  
ἐκπαίδειν πρὸς τὸ πρῶτον θανάτου ἀποκρίσας, καὶ ἀπο-  
σταλῆς καὶ μαρτυρεῖν, &c. Idem habent Hiero-  
nymus, & Theophylactus.

P. 232.

αὐτοῦ, ἐκ τοῦ ἐπὶ τῷ ὄρει τοῦ κυρίου, &c.] Origenes Homil. 9, in Levit. *Finis* [forte *istius* erimus est, id est, locus desertus, desertus virtutibus, desertus Deo, desertus iustitia, desertus Christo, desertus omni bono. Theophylactus: αὐτοῦ, ἐκ τοῦ ἐπὶ τῷ ὄρει τοῦ κυρίου, &c.] *Recedit post modum Iesus in desertum locum, Genes n. m. p. Deo vacuus.*

ἀναρρέσεως τῷ προφῆτῃ ] Legebat Erasmus,  
τῇ προφητείας.

ἠκολούθησαν αὐτῶν ἀπὸ τῆς ἰδίᾳς πόλεως, &c.] Hieronymus.

ἡκολωθηκότες τῇ εἰκόνι τοῦ Θεοῦ] 2. Cor. 4. 4,  
Coloss. 1. 15. Hebr. 1. 3. quo referenda sunt

COMMENTARIA

quæ leguntur Sap. 7. 26. Origen. fusc super  
ea re lib. 1. *αὐτὸν ἀπὸ τῶν*, & lib. 4. in fine

ταῖς αὐτῇ παραμένον] Hæc prætermisit p  
Erasmus.

ἐπεστράτευσαν ἐν ἱερουσαλὴμ ] MS. Alexandri-  
nus: ὅπν ἱερουσαλὴμ, καὶ ὅπν τὸ ὄρθιον, quod  
fecutus est Arabs. Reliquæ Editiones:  
*contra montem Sion.*

λογικῶς προφῶ] 1. Petr. 2, 2. λογικὸν γάλα: P. 234.  
Vulg. rationale lac.

Luc. 6. *At vero hic panis quem frangis* 235

Origenes Homil. 3. in Levit. *Quinque num-  
eris frequenter, in pane semper pro quinque  
sensibus accipitur.*

ἥτοι τὸν προφορεῖν, &c.] Erasmus reddit, *prophetium*, legebat nempe προφητικὴν, per-  
peram. Plane legendum προφορεῖν, quop-  
onitur ἐνδιδάσκω. Quid fit sermo προφο-  
ρικός, quid ἐνδιδάσκω, notum est. Heimoge-  
nes lib. 2. de form. orat. cap. 7. ἐνδιδάσκω  
sermonem, ἀνδρῶν, καὶ οὐκ ἑμψυχον appellat:  
unde fortasse emendari possit Horatii In-  
terpres in Sermon. 1. Sat. 4. *Sermoes*, inquit,  
*duos sunt*, ἑπικούς, καὶ προφορικούς: ἑπικός quo in-  
telligitur cogitantes: προφορικός vero, cui lingua sup-  
peditat. Annon legendum, ἑμψυχὸν καὶ  
προφορικός.

ἐκὸς δὲ ὅτι ἐμαίμων, &c.] Sic ego locum  
hunc explico. Dixit supra quinque panibus  
significari censiles Scripturæ sermones; &  
duobus piscibus, scripturam *προφητιαν*, &  
*ἐκκλησίαν*, qui sunt veluti Scripturæ condi-  
menta. Nunc ait eos longe felicius hunc  
locum explanaturus, qui magis poterint  
apud se quinque panes, & duos pisces collige-  
re: hoc est, qui majorem Scripturæ in-  
telligentiam fuerint adepti.

*Τῶν αὐτῶν ἱσθῶν καὶ ψῶν, &c. ]* Quasi vim  
ad multiplicandos panes ac pisces penes se  
non haberet. Nempe adiungi potest & ille  
locus iis, quibus Christi divinitatem visus  
est labefactasse, quique à nobis in Origenis  
colligi sunt.

τότε ἡμέραν ἐς ἄλως] Ita Cod. Holm. & Catena in Luc. 9. quæ MS. habetur in Bibliotheca Mazariniana. Videtur aliter habuisse Erasmi codex; sic enim ipse vertit: *tunc suscipiebant illi panes.*

οὐ μὲν ἀγνοῦντες αὐτοὶ, &c.] Hæc fideliter re- P.236.  
tulit Hieronymus.

οἱ δὲ μὴ ἄξιοι τιλικέτε, &c.] Notum Pythiae  
responsum Messarensis datam:

ἡμεῖς δ' ἔμεγαλεις, ἔτ' ἐν λόγῳ, ἔτ' ἐν ἔργῳ.  
quod retulit Dinias : cui alluit Theocritus  
Idyll. 14.

ἀμμες δ' ἔτε λόγῳ ἄξιοι, ἔτ' ἀριθμητοὶ  
δυοῦ ἄνοι μετὰ ῥῆες.



& Callimachus Epigramm. de Callignoto:

νύμφης, ὡς μὴ ἀνὴρ, ἔλεγε, ἢ τὸ ἀέθριον.  
Hæc respexit procul dubio Origenes.

ἀλλ' ὡς σαρκίνοισι] Ita Origenes infr. in  
Matth. 19. p. 372. 376. Ita & MS. Alexandr.  
Reliqui Codices, σαρκίνοισι.

ἐπὶ τῷ χρίστῳ] Vulgo: ἐπὶ τῷ χρίστῳ.  
P. 237. ἡμίσει δὲ ὅτι τὸς ἑχλως, &c.] Ambrosius  
lib. 9. in Luc. 9. Hieronym. in Matth.  
14. 19.

διὰ τὸ ὅτι τὸν μὲν μαρτυροῦντες,]  
Erasmus: Propterea, ni fallor, Marcus dixit,  
Dominum hoc fecisse. Verte: Propterea existimo  
Marcum quidem posuisse, ποῦ enim pro  
τῷ θεῷ frequenter usurpari sciunt Gramma-  
tici, & sapissime apud Origenem observare  
licet.

ἐκατὸν, ἰσθ' ἀριθμὸς καὶ, &c.] Origenes infr.  
in Matth. 18. 21. p. 341. ἐπεὶ δὲ αἱ καὶ τὰς μονάδας  
ἐκατὸν, καὶ ἐκατοστάς λέγοντες μὲν τὴν ἀναλογίαν  
ἔχουσιν ἀπὸ τῶν ἐν μονάσιν ἀριθμῶν, &c. Ab unitate  
ad decadem, à decade ad hecatondadem,  
ab illa ad chiliadem naturalis est nu-  
merorum progressio: ita ut quum ad decadem,  
vel ad hecatontadem numerando  
ventum est, videatur ratiocinator ad unitatem  
revolvi, novumque calculum ponere;  
unitatem enim illa proportionem servare re-  
presentant. Ovid. 3. Fast.

Seu quod ad usq. decē numero crescente venit  
Principium spatii sumitur inde novis.

Cum ergo unitas adeo propria Dei sit, ut à  
Philone & Clemente Alexandr. unitati  
Deus comparatur, & à Synesio prima om-  
nium unitatum unitas Deus appellatur, do-  
ceatque Theo Smyrnæus in unitate Deum  
manere, & Plællus unitatem in se Dei ima-  
ginem continere, & à Pythagoricis unitas,  
Dei appellatur; centenarius profecto nu-  
merus qui unitati responderet, eamq. refert,  
Deo facer esse debuit. Ita de illo alibi Ori-  
genes: Centenarius autem numerus plenus in  
omnibus & perfectus ostenditur. & mox: Hic  
ergo centenarius totius creature rationalis nu-  
merus, quoniam non ex semetipso subsistit, sed  
ex Trinitate descendit, &c. Ambrosius de fide  
resurr. In centesimis quoque & in millesimis sa-  
cri observatio numeri minime præteritur. Hie-  
ronymus: Tunc per quinquagenarii numeri  
penitentiam ad perfectum centesimi numeri  
culmen ascendunt. Cyrillus lib. 12. in Johan.  
τὸ μὲν ἐκατὸν, ὡς γὰρ μοι φαίνεται, καὶ δὲ καὶ καλῶς  
ἔχον, τὸ πλήρωμα τῶν ἐθνῶν σημαίνει. Πλείους αὖτε  
γὰρ ὁ ἐκατὸν ἀριθμὸς, ἐν δεκάδων δέκα συγκείμενος.  
Centenario numero, ut mihi quidem optime se-  
habere videtur, plenitudinem Gentium signifi-  
cante: plenissimus quippe centenarius numerus,  
decem decadibus constans. At Origenes Hom.  
16. in Levitic. in malam itidem ut in bonam  
partem centenarium numerum sumi posse  
scribit. Quinquenus numerus & in laudabili-

bus ponitur, & in culpabilibus. . . . Sic ergo &  
centenarius numerus ad utramq. partem accipi  
potest.

πεντήκοντα, ἀριθμὸς ἀεικλοντι πλὴν ἀφ' ἑσῶν] Lev.  
25. 10. Origenes Homil. 2. in Gen. cap. 6.  
& Homil. 5. & 25. in Num. Hieronymus lo-  
co proxime laudato.

τῶς καὶ πλὴν πεντηκοντῶν ἑορτῆς] Illud est Heb-  
domadarum festum, de quo Levit. 23. 15.  
& Deuter. 16. 9. Pentecoste appellatum 2.  
Macc. 12. 32. & apud Joseph. lib. 2. de bell.  
Jud. cap. 2.

ὡς, διὰ τὸ ἐν ἀποκατάστασι ἡμῶν λαλεῖν] In Holm. P. 238.  
C. & insertum erat manu recentiori: opti-  
me, nam & sensus id postulat, & Erasmus  
expressit.

ὡς δὲ ἔκρινεν ταῦτας παρελήφθαι] Erasmus: P. 239.

Ceterum cujus gratia hæc annotationes obiter  
adjunxerimus. An aliquam vocem sup-  
plendam reliquit Origenes, ut διασαφίσαις,  
ἐξηγήσεις, ἐπισημειώσεις, vel quid simile? Annos  
in exscribendo nimium præcipites vocem  
aliquam prætermisimus? An pro, ταύτας,  
legendum, ταῦτα? Viderit Lector.

ἰβραῖτι, οἱ τινες ἐρμηνεύονται, περατικοί.] Ori-  
genes in Num. cap. 24. Homil. 19. Iste ergo  
populus etiam Hebraus dicitur, quia transit de  
Aegypto ad terram repromissionis. Id cum O-  
rigene senserunt viri graves quamplurimi;  
sed, ne hic operam meam ludam, vide Briani  
Waltoni Prolegom. 3. ad Bibl. Polyglot-  
ta, & eruditissimum Geographiæ sacræ  
opus lib. 2. cap. 14. Part. 1. Interim animad-  
verte vocem, περατικοί, cum alibi fere dicantur,  
περάται.

καὶ ἐνδεὺς ἠνάγκασε τὸς μαθητὰς αὐτοῦ, &c. ul-  
que ad, τὰχα ἔν] Inde liquet legendum  
Matth. 14. 22. καὶ ἐνδεὺς ἠνάγκασεν ὁ ἰσθ' τὸς  
μαθητὰς ἐμβλεῖν εἰς τὸ πλῆθος. non ut omnes  
Editiones Græcæ, τὸς μαθητὰς αὐτοῦ, & om-  
nes, præter Vulgatam, & Persicam, Inter-  
pretationes.

ὡρισμένον πλῆθος τι ἐμφαίνοντες, &c.] Erasmus;  
certam navim significantis per additum arti-  
culum: legerat, πλῆθος, putabatque in eo ver-  
ti disputationem hanc Origenis, quod vo-  
cabulo, πλῆθος, præfixus esset articulus, &  
apud Marcum, nam & sic ille supra: Mar-  
cus paulum immutat is verbis sic posuit; Et con-  
festim compulit discipulos suos ingredi, eis τὸ  
πλῆθος, id est, in navim. Quasi non etiam præ-  
fixum sit, τὸ apud Matthæum, Deinde quo-  
modo cohererent cum illis sequentia hæc:  
ὡς γὰρ ταῦτα ἐμφαίνειται ἀπὸ τῶν ἐνδεὺς ἠνάγκασε τὸς μα-  
θητὰς, ἐξ ἧς δὲ τι πλῆθος τὸ. τὸς μαθητὰς αὐτοῦ. καὶ τὸ πλῆθος  
μαρτυροῦντες, καὶ τὸ ἀπλῶς, τὸς μαθητὰς. O-  
mnino Erasmus fugit ibi ratio, legendum  
enim: ὡρισμένον πλῆθος τι ἐμφαίνοντος. Vult enim  
Origenes amplius quidpiam habere Mar-  
cum qui scripsit, τὸς μαθητὰς αὐτοῦ, quam Mat-  
thæum qui, τὸς μαθητὰς, simpliciter. Nec quem-  
quam



quam movere debet vocabulum, ἄρδρ, quall, τὸν, sic ἄρδρ, αὐτὸν non fit; non enim stri-  
ctē ἄρδρ sumit, sed laxius paulum, & ad us-  
que pronomina significationem ipsius ex-  
tendit; magnam quippe esse pronomen  
inter & articulum affinitatem, perhibent  
Grammatici, ut mirum non sit utrumque  
ἄρδρ appellari.

τάχα δὲ ἡν ἀνὰ τὴν λέξιν ἁρδρ ὡς ἄρδρ ] Erasmus  
vult horum cum præcedentibus unam esse  
seriem, vertitque: *Fortassis ut etiam dictio-  
nis modo immoraremur.* At ea pertinere ex-  
istimo ad sequentia, & ante, τάχα, adscri-  
bendam ταύτην ἐν τῷ, non post, ἁρδρ ὡς ἄρδρ.

ἡ μὲν μαθηταὶ δὲ καὶ πρὸς τὰς ἑξῆς ἐχόντες τὴν ἑσθῆν. ]  
Adi Hieronymum, Chrysostomum, & Eu-  
thymium.

ὅς τις ἔξ τῶν ἀρχῶν, &c. ] Erasmus: *Quin  
Petrus primum dicente ipsi Iesu, veni, &c. vel  
de suo adjecit Erasmus, quod suppiendum  
credidit, vel certe aliter habebat ipsius co-  
dex ac noster, à quo nos ne latum quidem  
unguem, quoad ejus fieri potest, rece-  
dimus.*

P. 241. εἰς πλὴν γὰρ ἡν ἁρδρ, ἡ, &c. ] ἡν ἁρδρ, ἡν-  
σάρ, Gennetara, & Gennassar, regio & lacus  
regioni vicinus. Nulla plane extat vocis  
hujus mentio in Veteris Testamenti Ebrai-  
co contextu; in Novi Syriaca editione sic  
scribitur ܡܢܐ: cuius dictionis originem  
referre spissum est negotium. Hierony-  
mus libro de Nom. Ebraic. *Genesar, Ortus,*  
*principium.* Id emendat Santes Pagninus,  
& legit: *Hortus principum*, ܡܢܐ ܡܢ  
interpretatur præterea Pagninus: *Protectio prin-  
cipis à πρὸς protexit.* Sed legendum omnino  
in Hieronymo: *Ortus principum*; Hely-  
chius: ἡν ἁρδρ, πατρὶς ἀρχόντων, à Chaldaeo  
ܡܢܐ & ܡܢܐ. Derivant alii a ܡܢܐ, quod  
interpretantur, *vallis florida*: mallet, *vallis  
constituta*, ܡܢܐ quippe furculum significat: fera-  
cem enim esse regionem hanc ad prodigi-  
um usque testificatur Josephus lib. 3. de  
bell. Jud. cap. 18. & Josephi perpetuus imi-  
tator Hegesippus lib. 3. Excid. Hieros. cap.  
26. A ܡܢܐ factum conjectant quidam  
ܡܢܐ, mutato à Chaldaeo Caph in Gimel,  
& inserto Samech: quod verum est. Itaque  
passim in Veteri Testamento regionem  
Cinnereth à Chaldaeo Paraphrastis Gen-  
nesar & Gennesar eth appellatam nanci-  
scaris. In ea autem appellatione placuerunt  
sibi, quod sua, ut dixi Dialecto significaret:  
*Ortum principum*; & ex tribu Nephthali,  
quæ ibi sita est, mille principes profecti Da-  
videm convenissent 1. Par. 12. 34. Longe  
vero ineptissima est sive etymologia, sive  
allusio, quam loco laudato affert Hegesip-  
pus: *Genesar, inquit, dicitur Græco vocabulo,  
quasi generans sibi auram aqua dulcis, & ad po-  
tandum habilis.* Cum igitur vocis hujus ob-

scura sit origo, minime mirum insectiam  
suam hic aperte Origenem profiteri. Hie-  
ronymus vero tam stricte Origeni adhaeret,  
ut ipsa etiam verba quibus ignorantiam  
suam hic testatur, ille representaverit: sic  
enim habet: *Si sciremus, quid in nostra lin-  
gua resonaret Genesar eth, intelligeremus quo-  
modo Iesus per ipsum Apostolorum, & navis,  
Ecclesiam de persecutione & naufragio libera-  
tam transducit ad litus, & tranquillissimo por-  
tu faciat requiescere.*

τὸν πατέρα τὸν ἐκόντες, &c. ] Nota hic Patrem p. 242.  
peccati, ipsius Filium, & Spiritum malum  
opponi Deo Patri, Filio, & Spiritui Sancto.  
Origenes in Matth. 16. 21. p. 284. ἡν ἁρδρ.  
νῦν (χρὶς δὲ) δὸν τὸ πνεῦμα, καὶ τὸ υἱὸν αὐτοῦ, ἐν τῷ  
καὶ τῷ πατρὶ, καὶ ἡν ἁρδρ, καὶ ὁ πᾶς, καὶ πᾶς  
τὰ ἐναντία οὗς ἐστὶν ὁ χρὶς. ἔτι δὲ τὸ μὴ ὁμο-  
τιζομένης εἰς ἁγίον πνεῦμα ἐκείνου πνεύματος, ὅτι  
ποιῶν τοῖς ἡν ἁρδρ ἐστὶν τὸ πνεῦμα, καὶ τὸν υἱόν  
καὶ, & τὸ σῶμα, εἰς ὅμοια ἢ πατρὸς, καὶ τὸ  
ἀγίου πνεύματος. Porro Diabolum appellat  
πατέρα τὸν ἐκόντες. Sic Paulus Ephes. 6. 12.  
τὸς κοσμοκράτορας τὸν ἐκόντες τῷ αἰνῷ τούτῳ. Ori-  
genes Homil. 8. in Exod. cap. 20. *Vi quoniam  
Patres, id est, Diaboli, & Angeli ejus, caterique  
principes mundi hujus, & rectores tenebrarum  
harum, & ipsi enim efficiuntur Patres peccati, sic  
ut & Diaboli, quoniam, inquam, patres isti &c.*

καὶ ὁ κακός, &c. ] Matth. 13. 38. Iohan. 8.  
44. Act. 13. 10. & 1. Iohann. 3. 8. 9. 10. Ori-  
genes Homil. 8. in Exod. cap. 20. *Cum à  
Diabolo ad peccatum suademur, semen ejus effi-  
cimur: cum vero etiam implemus quod iusserit,  
tunc jam & genuit nos, nascimur enim ei filii  
per peccatum. Et mox: Et ut ad ea quæ scripta  
sunt, veniamus, Dominus majestatis Iesus Chris-  
tus Salvator noster crucifixus est, hujus patuli  
auctor & pater sceleris sine dubio Diabolus est,  
sic enim scriptum est: Cum autem introisset Dia-  
bolus in cor Iudæ Iscariot, ut traderet eum. Pa-  
ter ergo peccati Diabolus est, &c. Et in Matth.  
13. 43. p. 207. ὁ παραδίδωνος τὸν υἱὸν τὸν πονη-  
ρόν. Quis sermone Mali filios admiserant:  
sed præcipue in Iohan. 8. 44.*

τὸν υἱὸν αὐτοῦ τὸν ἀντικείμενον, &c. ] 2. Thess. 2.  
3. 4. ἀντικείμενον καὶ ἐπαιρόμενον, &c. est pro-  
prie ἰσῶ, adversarius, inimicus, Diaboli co-  
gnomen. Satanas autem Dei filii potissi-  
mum adversarium significat. Origenes  
lib. 6. contr. Cels. 1. 1. ἰσῶν διαβόλον σατάνην  
καὶ ἡμιλογικὸν τὸν ἑσθῆν τινὲν ὀνομασθεὶς σατάνην, μὴ  
ἀλαμβανόμενον εἰς ἡμάδα φωνῶν, ἔστιν ἀντικείμε-  
νον. πᾶς ὁ ἐπὶ κακίαν ἐλθὼν, καὶ ἐπὶ αὐτῷ  
βίον, ὡς τὰ ἐναντία ἀπὸ τῶν τῇ ἀρετῇ, σατ-  
νάς ἐστὶ, τῶν ἀντικείμενον καὶ ἡσθῆν τὸν υἱὸν αὐ-  
τοῦ, καὶ ἀντίθετον, καὶ ὁσφία. Diabo-  
lum Diaboli filium appellat Origenes,  
quemadmodum & Iohann. 8. vers. 44.  
ὁμοῖος δὲ οὐ πατρὸς τὸν διαβόλον ἐστὶν, καὶ τὰς ἐπιθυ-  
μίας τὸν πατέρα ὑμῶν δίδετε ποιεῖν, ἐκείνου δὲ ἀν-  
τι-  
θῶν.



Ἐπαποκύνει· ἢ ἀπ' ἀρχῆς, καὶ ἐν τῇ ἀληθείᾳ ἐχ' ἔσται, ὅτι καὶ ἐστὶν ἀληθὴς ἐν αὐτῷ, ὅταν λαλήσῃ τὸ ψεύδος ἐν τῷ ἰδίῳ λαλῆσει, ὅτι ψεύς ἐστι, καὶ ὁ πατήρ αὐτοῦ. Vos ex patre Diabolo estis, & desideria patris vestri vultis facere. Ille homicida erat ab initio, & in veritate non stetit: quia non est veritas in eo. Quum loquitur mendacium, ex propriis loquitur, quia mendax est, & Pater ejus. Scio, ambiguum esse locum hunc; ejusque ambiguitatem ab Origene proponi, in Johann. 8. 44. & cum ita plerosque exponere, quasi, αὐτῷ, referendum sit ad ψεύδος. Hieronymus in 14. II. Legimus in Evangelio, quod Diabolus ab initio mendax sit, & Pater ejus: id est, mendacii; quod multi non intelligentes, Patrem Diaboli volunt esse Draconem qui regnat in mari, quem Ebraei appellant Ithiel. Nonnus vero ad Diabolum refert:

ὅτι λοιγὸν ἦδος αἰχρῶν  
ψεύς αὐτὸς ἔσται, ψευδόμενος ἐν ψευδίᾳ  
quia perniciosus moribus praeclitus  
Mendax ipse est, mendax ex Patre.

Et revera articulus praefixus τῷ πατρί, id videtur confirmare. Alioquin hunc locum roborandis dogmatibus suis, quibus natos, & natorum natos Diabolis tribuebant, proferre non potuissent Caiani & Archontici: qui, ut refert Epiphanius; hunc ita conceptum legebant: ὁ μὲν ἰσὺς ἐστὶν ὁ πατὴρ τοῦ διαβόλου, ὅτι ψεύς ἐστιν, ὅτι ὁ πατὴρ αὐτοῦ ψεύς ἐστιν. Cyrillus praeterea Alexandrinus libr. 6. Comment. in Johann. nonnullos refert existimare Diabolum, postquam è caelo deturbatus est, in infernum fuisse detrusum & alligatum; alium vero Evam & Adamum in fraudem illexisse, eumque superioris illius filium à Christo hic appellari: quod commentum merito Cyrillus explodit. Id certe constat τῷ πατρί, ad Diabolum, non ad mendacium ipsos retulisse.

τὸ ἐναντίον τῷ ἀγίῳ πνεύματι πνεῦμα ] πνεῦμα intelligit ὁ πονηρὸς, de quo Luc. 7. 11. & 8. 2. & πνεῦμα ἀνιδυαρόν, de quo Matth. 12. 43. & passim, πνεῦμα ἀλλοτὸν καὶ κακόν, de quo Marc. 9. 25. quae in Spiritu sancto spiritibus malis adverso ejiciebat Christus. Intellige & Spiritum illum mendacii, de quo 3. Reg. 22. 22, 23. adversarius Spiritus veritatis, de quo Joh. 14. 17. & alibi. Tertullianus demonogamia: Ergo, inquit, hac argumentatione quidvis novum onerosum Paracletō adscribi poterit, est ab adversario spiritu fuerit. Non utique. Adversarius enim spiritus ex diversitate predicationis apparet. & Origenes Tom. 12. in Matth. p. 299. ἐπαπορήσει μ' ἀν τοιαῦτα, ἀρὰ ἐστὶν ἀρνησάμενος τὸ ἱερὸν, μὴ συνήκει τῷ ἀρνημένῳ πνεύματι τὸ ἱερὸν τῷ διδόντῳ πνεύματι καὶ σοφίᾳ. ὅτι παρὰ τὸ ὁμολογεῖν κατὰ τινὰ ἀξίαν αὐτοῦ τὸ πρὸς θεῷ συνδυαμένους.

ὅτι τὸ ἀρτὸς ἐστὶν ἐκ τῆς αἰχρῆς, &c.] Aliquantisper ab horum sententia recedit Erasmus.

ὡς ἔξω τῷ πειρασμῷ, &c.] Erasmus: quasi jam positus extra tentationem illius navis in qua jactabatur. An habuit Erasmi codex: ἐκείνου πατρὸς, ut ejus interpretatio videretur postulare? an id supplendum credidit?

Ἐπὶ τῷ σέσωσμένῳ. ] C.H. habebat ἐσωσμένων, sed ad oram recentiorum manu notatum erat: σέσωσμένων. Lege, σέσωσμένων. Erasmus: de his qui servati sunt.

εἰ δὲ ἐστὶ τὸ διαφρά, &c.] Fugit Erasmus P. 243. loci hujus sententia; sic enim interpretatur: Porro num qua differentia sit hujus verbi: Salvi facti sunt, quod de his dictum est, quantum ad salutem datam; nam profluvio sanguinis laboranti famine dictum est: Fides tua te salvam fecit, ipse etiam per te dispicies.

καὶ θυσιὰν κατὰ τινὰ, &c.] Nempe cum cap. 244. putasset Cenchreis, juxta votum prius à se conceptum, Act. 18. 18. vel cum quatuor illos viros votum habentes super se radicavit, oblationemque pro unoquoque eorum offerri, Act. 21. 24. 26. Legale votum appellat, quod juxta Legem factum fuerat. Lex autem ea habetur diserte Num. toto cap. 6. θυσιὰν dicit; quum enim caesariem deponebant Nazaraei, agno, ove, & ariete faciebat Sacerdos, panes azymos, aliaque nonnulla offerebat, capillosque deponos comburebat. Num. cap. 6.

καθαλῆσαι περιμέμδα, &c.] Hieronymus iisdem pene verbis: Manus, id est, opera, non corporis utique, sed animae lavanda sunt, ut fiat in illis verbum Dei. Origenes infra in Matth. 15. 19, 20. p. 255. τὸ δὲ ἀνίστασθαι χερσὶ φαγεῖν, & κοινοῦ τὸν αὐθροῦπον, ἀλλ' εἰ δὲ τοιμήσαιτε εἰπεῖν, κοινοῦ τὸ ἀνὴρ καὶ καθάρει ἐν φαγεῖν, ὁ πέποιθε τὸ ἡγεμονικὸν ἡμῶν ἐσθίειν.

ταῦτης τῆς πρὸς τοὺς γονεῖς τιμῆς, &c.] Eadem haec habet Hieronymus.

κερβάν ἐστιν ὁ ἐφέλεις μοι, θυτίς, δ' ὄρον ] ὁ κερβάν ἐστιν ὁ ἐφέλεις μοι, θυτίς, δ' ὄρον τῷ θεῷ ἀναλιδεῖται. ὁ ὅν χρεώσθης ὡς τῷ θεῷ ἐκ τοῦ ἐφέλεις, καὶ ἀκὼν καλῶς ἀλλο.

ὁ πρὸς τὸν ὁ δανειστὴς ἐποίει, &c.] Fenerator ut pecuniam creditam reciperet, hanc Deo consecrabat, atque ita eam suo nomine in gazophylacium inferre creditorem cogebat, quod erat eam aliquomodo recipere. Filii autem ne pecuniam parentibus debitam darent, eam Deo pater consecrabant. Igitur etiam si diversis de causis, idem tamen filii illi nequam faciebant accreditores; utrique enim Corban causabantur, illi ut mutuum reciperet, illi ne quid parentibus darent.

ὁ ἀν' ἐξ ἐμῶν ὠφελήσῃς, &c.] Loci obscuri, varique ab Interpretibus accepti, clara haec est, & dilucida expositio: Quare à me adjutus fuisses, ὁ Pater, cares jam Deo consecrata est: live, munus est id quo a me juraveris. Ori-



genes in Matth. 14. 36. ex Catena M. S. Biblioth. Reg. ἰσαλάσσαν τοὺς τέκνας ὑποδείκας ὅτι καὶ πατρὸς τῶν ἑταίρων· διὸν εἶπε τὸ ἰσά ὅτι ἰσά, ὁ δὲ μοι τὸ παρὶσθαι τὸν τέκνον ἐχέων, ὅτι μοῦνον, ὁ δὲ μοι τὸ τῶν τέκνων, ἵνα ἐκ τοῦ π. πατέρα, ὁ δὲ μοι ἔσται τὸ ὅτι τὸ ὁ δὲ τέκνον, ὁ δὲ τέκνον ἐκ τοῦ ὁ δὲ τέκνον, καὶ ὁ δὲ ὁ δὲ τέκνον λαβεῖν. *lucetis dicuntur pietatis obtentu parentes contemnere. Verbi gratia dixit filio suo, da mihi ovem hanc quam habes, vel vitulum vel aliquid quid simile; dixit patri, Donum illud est Deo, quo a me adjuvari vis, nec accipere potes.*

Chrysoft.  
in brev.  
Enar. in  
Matth. 15

Hanc expositionem retinuit Chryſoſtomus: *Quod a me in utilitatem tuam petis, Pater, jam dono Deo dicatum eſt, nec illud ſumere potes: & poſt Chryſoſtomum Theophylactus: ὁ δὲ ἐν ἱς, ὁ πατήρ, ὁ ὑπὲρ ἡμῶν ἀποδιδόνων, Donum eſt, ὁ Pater, id quod a me in commodum tuum petis. Quo magis miror veniſſe in mentem tot magnis viris quos laudat Thomas in Caten. ut tam male locum hunc torquerent, quibus præſertim faciem prætulerat Origenes. Caſſiani difficultatis fuiſſe puto voculam ἱερῶν, quæ pro ἁρ hic & alibi ſæpiſſime uſurpatur.*

τῶ θεῷ ἀνακειμένων πενήτων ] Psalm. 9. 33,  
35. Isaiah 49. 13. Jac. 2. 5. Menander:

P. 246. *ἀνα τῇ προσῳδῇ τῶν πενήτων, &c.] Ut in ea quæ in pauperes fuerant erogata, involarent homines rapacissimi, & gazophylacium expharent. Theophylactus; ἰδιώσαντες οἱ πτωχοὶ τὰς ἐκδοὰς τοῖς γονεῖσι, ἀλλὰ ἀνατιθεῖναι ὅσα ἔχουσιν τῇ γαζοφυλακίᾳ ἔτι οὐκ. Liberos enim doceant nihil parentibus dare, sed facultates suas omnes in Templi Gazophylacium inferre. Non facultates suas omnes, sed tantum ὅσα εἰσὶν ἐκ τῶν γονεῖν, quod parentes ipsorum accepissent, et vult Origenes; quemadmodum & ipse Theophylactus eorum quæ paulo superius docuerat parum memor: καὶ ὅτι οἱ ἐμὲλκον αὐτοὶ μὴ τῶν πατέρων τῶν χρημάτων, καὶ οἱ γονεῖς κατελεγκμένοι τὴν ἀνηλικιωμένους. Et sic cum liberi bona dividebant, & parentes relinquiebantur in senectute absque ullo subsidio. Qui pote partiti fuissent opes eas cum liberis Pharisæi & Scribæ, si universas eas abstulissent?*

ἵτις ἔχουσιν τὴν χειρὸς λειτουργίαν, &c.] Presbyterorum intererat quamplurimas pauperibus oblationes erogari, utpote quarum pars ad se pertineret. Id colligitur ex Urbani Papæ Decretali Epistola. Hujus etiam satagebant Principes reipublicæ causā, ne quis fame & inopia interiret, dum alii luxurie diffuissent. Pharisaorum igitur fratres eos appellat Origenes, qui consanguineorum & affinium inopum cura neglecta pauperibus conferendam esse stipem contendebant. Sancitum certe est, in Apostolicis Canonibus, ut ipsi Ecclesiæ Antistites con-

COMMENTARIA  
sanguineis egentibus opem ferant.

καὶ σφόδρα καὶ διαπονητικὰ, &c.] Videtur Episcoporum avaritiam perstringere, qui cum bonorum Ecclesiae ericicundorum arbitri essent, universa in proprios usus convertabant, & aliorum qui ea largiti erant, pietatem in lucro deputabant. Origenes infr. in Matth. 15. 20. pag. 255. τὸ δὲ ἔμπροσθεν καὶ τὸ ὀρεγόμενον διανοητικῶς, διὰ τὸ πρὶν ἀντιβλεῖν τοῖς ὄψεσιν, ἢ τὸν ἀπὸ ἀντιθέσεως κληρονομῶν, ἢ τὸν διὰ τῶν ἀποκρίσεων τὸ δὲ ὄψιν ποιεῖται, διδόντων ἀποκρίσεις ἐντολμαί, ἢ γούνοι τοῦτ' ἐπισκοπῶν, ἢ καὶ ἴσχυ ἐπιθυμῶν,

καὶ τὰ καλὴν ἔβασαν ] Vulgata editio,  
 Syriaca, Arabica, Peritica, Ebraïana, Pa-  
 giniiana, omnesque fere Interpretes red-  
 dunt: *ea que mittebantur, portabat*. Sed  
 num satis hæc coherent: *loculos habebat, ex  
 ea que mittebantur, portabat*? quasi qui in  
 loculos missa portabat, non etiam loculos  
 portaverit. Deinde cum ait Origenes:  
 ὡς τις τοῦ τις ἐκκλησίας ἔχον γλωσσόλογον, λέγει μὴ  
 ὡς καὶ ἐμεῖς, ὑπὲρ πάντων, τὰ ἐκ βαλὼν βα-  
 ρύει, &c. manifeste opponit τοῦ, τὰ βαλὼν βα-  
 ρύει, τῷ, ὑπὲρ πάντων λέγειν. Præterea inquit:  
 ἐπεὶ τοῦ τις ἐκκλησίας ἔχον γλωσσόλογον, λέγει μὴ  
 ὑπὲρ πάντων. Τὰ ἐκ βαλὼν βαρύει, μὴ οὐκ αὖ  
 τὶς οὐ μὴ ἔβασαν. Quodnam ergo fecul-  
 lud est pauperum caulam agere, & in locu-  
 lus missa portare? Ne Ledorem diutius  
 teneam, dico ego, βαρύει, non significat  
 duntaxat, *ferre, fed & auferre, subripere,*  
*furari.* Suidas: βαρύειν, ἀρᾶν, κλεπεῖν  
 ὁ δὲ λαχὼν σφραγισμένον, ὁ δὲ τῆς ὑπὲρ τὸν  
 ἱερὸν ἱερῆν, ὡς μὴ ποιοῖ αὐτὸν σφραγιστὴν, καὶ τὴν  
 βαρύειν τὸν παρεκκείμενον. Casaubon, *ablatum*  
*fuit, furto subripit fuit.* Lacydes autem,  
*impresso sigillo, annulum per foramen jacebat,*  
*ut nihil & rebus ipsius subripiretur, nec quic-*  
*quam eorum quæ recondita erant, auferretur.*

Quem locum Suidas è Laërtio tranſtulit;  
ſic ille: *ἔπειτα γὰρ τὸ φιλότιμὸν τῷ Ἀχιλεὺς, ἐφάρ-  
μαξεν· καὶ πάλιν, εἰς τὸ δακτυλίον ἐξ ἧς τοῦ ἐπὶ ἱπ-  
πῶς, οὗς μετὰ τοῦ ἀντὶ ἀνδραγαθῆος, καὶ τὸ ἐκαστοῦ  
τῶν δακτυλεῖναι· καὶ οὕτως δὴ τὸ τῷ τῷ Ἰσχυρίῳ ἀν-  
τιφάρμαξεν, καὶ ὅσα ἐκείνῳ ἰδὲ αἰσῶν·* Poſitum  
enim aliquis è petru de promiſſis, rurſum ob-  
ſignat, annulum intro per foramen jaciebat, ne  
quid è rebus ipſius tolleretur, & exiſta que re-  
condita erant, auferretur. Quod quoniam intel-  
lexiſſent ſervuli, ſigillum reſignabant, & qua-  
cunque volebant, ſubripiebant. Idem eſt vo-  
cis hujus interpellatio apud eundem Evange-  
liſtam, cap. 20. verſ. 15. *ὅθεν, εἰ οὐ ἰδὲ αἰσῶν*  
*αὐτῶν, ὅτι μοι τὰ αὐτῶν ἵδουκα·* Domine ſi ab-  
ſtulit eum, *dic mihi, ubi cum poſuiſti.* Cum  
igitur non una ſit verbi, *ἐκαστῶς*, ſignificatio,  
poſteriore illo ſenſu accipi debet hoc Jo-  
hannis loco : καὶ τὰ ἐκαστοῦ ἰδὲ αἰσῶν  
Et ea que mittebantur, ſubripiebant. Nec aliter  
intellexit Æthiopica Interpretationis au-  
ctor.







videatur, ut infra quoque notabimus.

P. 249. καὶ ἐν ἐκείνῳ διαφύροντες αὐτὸν ἐκινῶντα] Quam proxime ad Judæos accederent Ebionæi, docent Irenæus, Epiphanius, & Theodoretus. Non ab impuris autem cibis solummodo, sed & ab animatis omnibus eos abstinuissent, ac pro impuris habuissent, eundemque errorem Petro affinxisse testis est idem Epiphanius. Nec Ebionæorum duntaxat error ille fuit; quæ animata fuissent respuenda censere, sed & Nazaræorum, & Dositheanorum, & Valesiorum, & quorundam à Saturnilianis, & Marcionistis, & si Philastrio fides est, Aërianorum, & Encratitarum, & Manichæorum, & qui ex illis orti sunt, Priscillianistarum, & Apotactitorum, seu Apostolicorum. Quam insaniam damnavit Synodus Gangr. Can. 2. aliaque subinde Concilia.

Epiph.  
Har. 30.

P. 250. ἐν εἰδωλοῖς, &c.] Ita C.C.H. & R. εἰδωλῶν autem tradunt Grammatici esse idoli similitudinem; quam significationem hoc loco tueri non possunt. Malim igitur, ἐν εἰδωλείς, hoc est in idolorum templis. Erasmus, in sacrificiis idolorum. Cæterum vid. Ad. 15. 20. & 21. 25.

P. 251. ἐν διαφόροις ἐνδιαφοροῦν, &c.] Erasmus: *con-temta superstitione in rebus, ut opinor, indifferen- tibus*: legebat: ἐν ἀδιαφόροις. Pro ἐνδιαφοροῦν autem legendum existimo ἀδιαφοροῦν, vel ἐναδιαφοροῦν. ἐνδιαφοροῦν autem insolens est.

P. 252. ὑπὸ τοῦ φασκόντων ἐ τὸν, &c.] Valentinianorum, Marcionistarum, aliorumque. ἡμεῖς ἀλλήθως εἶ] Ita C.C.H. & R. Priorem illam vocem prætermisit Erasmus. Legendum ἡμῶν.

τοῦ τὰ αἰῶν ἐκείνους] Vides hic duos αἰῶνας, & oppositum αἰῶνα ἐκείνους. αἰῶν τέττω, ut revera duo sunt. Horum alter idem est qui αἰὼν ἐρχόμενος, Marc. 10. 30. Luc. 18. 30. αἰὼν μέλλων, Matth. 12. 32. Hebr. 6. 5. αἰὼν τὸ αἰὼν, Hebr. 1. 8. αἰῶνες τοῦ αἰῶνος, & sæpe αἰὼν simpliciter, vel αἰῶνες. Alter vero αἰὼν ὁ κόσμος τούτου, Ephes. 2. 2. οἱ αἰῶνες αἰῶνος πομπῆς, Gal. 1. 4. ὁ νῦν αἰὼν, Tit. 2. 12. & αἰὼν αἰῶν, passim. Utrumque optime distinxit Luc. 20. 34. 35. Unde & hunc locum expressit Origenes: οἱ υἱοὶ τοῦ αἰῶνος τούτου γαμῶσι, καὶ ἐκγαμήσουσιν· οἱ δὲ κατὰ τὸν αἰῶνα τὸ αἰὼν ἐκείνῳ τυχεῖν, καὶ τῆς ἀναστάσεως ἐν νεκρῶν, ὅτι γαμήσουσιν, ὅτι ἐκγαμήσουσιν. Sic apud Ebræos duo sunt sæcula, הָיָה הַיּוֹם *seculum hoc*, & הָיָה הַיּוֹם, *seculum futurum*, quo vel dies Messiae intelligunt, vel tempus quod mortem statim sequitur, vel quod sequetur corporum resurrectionem.

P. 253. ἔσται δ' ἄνθρωπος, &c.] Hoc loco multum se jactant Heterodoxi. Inde certe Petrus Martyr, Philippus Mornæus, alique nobiles illarum partium consecranci rem sibi con-

fectam putant. Sixtus Senensis locum ab Hæreticis, Petronius Cardinalis & Genibrardus ab Erasmo depravatum & adulteratum suspicantur. Quem tamen integrum esse fidem faciunt calamo scripta Græca exemplaria. Neque vero cur ad ejusmodi responsum decurratur, ratio ulla est; cum omnis inde illis arcessendi causæ suæ patrociniis anxia facile præcidatur. Quamvis autem Adamantii de Eucharistia opinio, satis jam in Origenianis ventilata sit, accuratius tamen locum hunc enucleabimus.

ὁ πῶς ἰδίῳ λόγῳ ἀνίσταται τὸν νεκρόν, &c.] Cum quis corporis Christi sit particeps, non sufficit sola participatio hæc, ut sanctitatem consequatur: at necesse est præterea, ut nullius sibi sceleris conficius, sed pura mente ad sacramentum accedat, alioquin *judicium sibi manducat & bibit*. Duo igitur requiruntur, ut qui particeps fuerit corporis Christi, sanctior evadat; primum ut particeps fiat, tum ut pura ejus sit mens & integra conscientia. Desuerit postremum hoc, seipsum sancti sacramenti fructu fraudaverit. Non igitur ex se, vel *suapte natura*, ut reddit Erasmus, solum, nec simpliciter & absolute utentem sanctum efficit corpus Christi; alioquin etiam indigne utentem sanctum efficere: sed adhibita pura conscientia, & certa fide utentem sanctum facit, eique fit utilis.

ὑπὸ τοῦ ἐπὶ τῷ τῷ μὴ φασκόν, &c.] Mox docuit Origenes nisi ad hunc corporis Christi esum, integer præterea & intaminatus animus accesserit, futurum ut nullus inde ad nos fructus redundet; nunc subiungit nec simpliciter ex abstinentia ab hoc sacramento quicquam nos detrimenti capturos, vel bono aliquo privatum iri; cum illo abstinere debeat homo sibi nondum satis probatus; vel si impedimentum aliquod occurrerit, aut ad legitimam ætatem nondum pervenerit; sed tunc potius cum insinceri pectoris sordes eluere negligentes hoc esu sponte abstinemus: τὸ δὲ αἰῶν τὸ ὁσπρησας ἡ πατὴρ ἐστὶ καὶ τὰ ἀμαρτήματα. καὶ τὸ αἰῶν τῆς πνεύματος, ἡ δικαιοσύνη ἐστὶ, καὶ τὰ κατὰ δυνάμει.

καὶ αὐτὸ μὲν τὸ ὑλικόν, &c.] Hoc est accidentia materiæ panis prius inhaerentia, ejusque propria; quæ postquam in stomachum demissa, ab eoque corrupta sunt, in novam convertuntur substantiam, & partim humani corporis formam induunt, partim ejiciuntur in secessum, juxta doctrinam S. Thomæ, p. 3. q. 77. a. 5. & 6.

καὶ πῶς ἐννοουμένῳ ἀπὸ ἐκείνου, &c.] Ut supra ἐντετυξεν, sic nunc ἐκείνου appellat sacrosanctum illum sermonem quo panis consecratur. Ita Justinus Martyr Apolog. 2. ad Anton. Imp. αὐτὸν ἐν τῷ λόγῳ διὰ σαφην.



καρποποιήσας ἡμῶς ἡμεῖς δὲ σωτῆρες ἡμῶν, καὶ σάρκα  
καὶ αἷμα ὑπὲρ σωτηρίας ἡμῶν ἔδωκεν: ὅπως καὶ τὸ δι-  
εῖναι τὸν λόγον τὸν θεὸν πατέρα διὰ τῆς ἰσχυρῆς καὶ ἁγίας τοῦ πνεύματος  
ἐκ τῆς αἰῶνος καὶ σάρκα καὶ αἷμα γεννηθέντα ἡμῶν,  
ἐκείνη τὴν σαρκὸς τοῦ θεοῦ ἡμεῖς ἡμεῖς καὶ αἱματὶ δι-  
δάσκοντες. Sed quemadmodum per verbum  
Dei caro factus Iesus Christus servator noster,  
carnem & sanguinem pro salute nostra habuit:  
ita cibum per precem verbi Dei ab ipso benedi-  
ctum, quo sanguis & carnes nostræ mutatione  
factæ nutriuntur, illius incarnati Iesu & carnem  
& sanguinem esse edocti sumus. Theophilus  
Alexandrinus in prima Epistola Paschali:  
Quod adferens non recogitat aquas in bap-  
tismate mysticas adventu sancti Spiritus conse-  
crari, panemq; Dominicum, quo Salvatoris cor-  
pus ostenditur, & quem frangimus in sanctifi-  
cationem nostræ; & sacrum calicem; quæ in  
mensa Ecclesiæ collocantur, & utique inanima  
sunt, per invocationem & adventum sancti Spi-  
ritus sanctificari, Augustinus lib. 3. de Trinit.  
cap. 4. Nec linguam quippe ejus, nec membra-  
nas, nec atramentum, nec significantes sonos lin-  
guæ editos, nec signa litterarum conscripta pel-  
liculis, corpus Christi & sanguinem dicimus; sed  
illud tantum quod ex frugibus terræ acceptum,  
& prece mystica consecratum rite sumimus ad  
salutem spiritualem, in memoriam pro nobis Do-  
minicæ Passionis. Precem appellat mystica  
verba à sacerdote prolata, quod iis precatio  
contineatur, ut ostendimus in Origenianis.  
Hoc igitur sermone utilis sit comedenti ille  
cibus pro pietatis illius & fidei modo; acci-  
dentia autem, materiæ panis prius adhæ-  
rentia, in ventrem abeunt, postquam in no-  
vam substantiam conversæ sunt.

καὶ τὸς τὸν αἶνον διαβλήσει; Hic est enim  
verus ille fructus, de quo in quocunque die  
comederimus, aperientur oculi nostri, & erimus  
scientes bonum & malum: hic est verus ille  
panis, in cuius fractione aperientur oculi  
nostri, & Deum cognoscemus.

καὶ ἐκ τῆς ἡλικίας τῆς αἰῶνος, &c.] Hoc est τὸ ἱλαρόν,  
de quo supra, accidentia scilicet quæ fue-  
runt materiæ panis. Ea autem nihil ad  
sanctitatem comedenti conferunt, sed sermo  
super pane prolatus; cum enim vi ac  
virtute illius fiat mira illa panis in corpus  
Christi conversio, quam placuit Ecclesiæ  
Transubstantiationem appellari, & corpus  
Christi comedentem plurimum ad sancti-  
tatem consequendam juvet, si puro pectore  
exceptum sit, beneficium hoc sermoni illi  
mirifico super pane prolato acceptum quo-  
dammodo referre possumus.

καὶ ταῦτα μὲν οὗτοι τὸ τυπικόν, &c.] Cor-  
pus Christi sub typo & symbolo panis oc-  
cultum & involutum, cum accidentibus  
panis quæ corpus Christi tegunt, typicum  
& symbolicum corpus dici potest; sive  
quod specie, & similitudine, hoc est typo,

& symbolo panis sit, corpus Christi revera  
sit; sive, ut vult Bellarminus, quod Eucha-  
ristia sit sacramentum, hoc est signum, seu sym-  
bolum rei sacræ, nempe corporis Christi sub illo  
symbolo delitescens: sive, ut idem docet,  
quod ipsum verum corpus Christi, ut est in Eu-  
charistia, sit typus ac symbolum sui ipsius, ut fuit  
in cruce, & ut est nunc in cælo: sive quod cor-  
pus & sanguis Christi sint resurrectionis no-  
stræ symbola, ut sciscit Nicænum Concili-  
um; vel, ut Concilium Tridentinum, quod  
Sacramentum Eucharistia sit pignus futuræ no-  
stræ gloriæ, & perpetuæ felicitatis, adeoque symbo-  
lum unius illius corporis, cuius ipse (Salvator)  
caput existit, cuique nos, tanquam membra, ar-  
ctissima fidei, spei, & charitatis connexionē ad-  
strictos esse voluit: sive tandem quod corpus  
Christi & sanguis sint fidei & promissionis  
symbolum & typus, juxta Clementis Ale-  
xandr. sententiam lib. 1. Pædag. αὐτὸς δὲ θεὸς  
inquit, & ὁ αἷμος ἐν τῷ ἱερῷ ἱλαρόν ἐστιν, ἐπὶ  
ἐκείνῳ δὲ συμβόλων φάσμα δὲ μὴ τὰς σάρκας,  
εἶπεν, & πίεσθε μὲν τὸ αἷμα, ἐν αὐτῷ τὸ πνεῦμα καὶ  
τὸ ἱερὰ καὶ τὸ πνεῦμα ἀλλοτρίων. Alibi autem  
& Dominus in Evangelio secundum Iohannem,  
aliter per symbola significavit: Edite meas car-  
nes, inquit, & bibite meum sanguinem, mani-  
festo fidei & promissionis potentem allegorice  
designans. Præclare Maximus martyr in

Lib. 2. de  
Sacram.  
Euch. c. 2.

Ibid.

Conc. Tri-  
dent. sess.  
13. cap. 1.  
& 8.

Maxim.  
ad cap. 1.  
lib. de Ec-  
clesiæ, Hie-  
rarch.

Scholiis ad Dionysium; ὁ ἡμῶν αὐτοῦ τοῦ  
θεοῦ ἐν τῷ ἱερῷ φάσμα, ἀλλὰ δὲ τὰ συμβόλων  
τελεῖται, εἶπεν τὸ πνεῦμα τὸ ἱερόν, &c. Non  
nudum scilicet corpus Christi contingi-  
mus, sed sub symbolis delitescens. Igitur  
symbolicum corpus idem est, quod mysti-  
cum corpus, quod est proprie sacramentale.  
πολλὰ δὲ ἂν ἐκεῖ &c.] Videtur alius esus  
corporis Christi significari, atque ille de quo  
mox egit: ut revera duplex est, Sacramenta-  
lis alter, quum videlicet corpus Christi ore  
recipimus, alter quum fide Verbum car-  
nem factum comedimus. Uterque esus di-  
ferte explicatur capite Iohann. 6. & poste-  
rior quidem à v. 31. ad hæc verba v. 51.  
καὶ ὁ ἀπὸ τοῦ θεοῦ ἐστὶν ὁ ζωὴ δώσω prior vero ab his  
verbis ad v. 59. Id docent Catholici Inter-  
pretes fere omnes. Sacramentalem esum  
supra proposuit Origenes, de alio hic agi-  
tur. Id si caute animadvertisset Vincentius  
Bellovacensis hæc profecto non scripsisset;  
sed in Commentario ejus (Origenis) super Mat-  
theum cavendum est quod dicit panem illum quem  
dedit Dominus Discipulis, non fuisse verum cor-  
pus ejus, exponens illud mystice de pane Dei verbi.

Vinc. Bell.  
Specul. do-  
ctrinal. lib.  
18. c. 43.

καὶ τὰ τῶν, &c.] Non habet mercedem, hoc  
est, ζωὴν αἰώνιον, quæ recte factorum finis est  
& merces, ut mors peccati.

ἀνελευθερία γίνεσθαι] Videtur legisse Erasmus, P. 255.  
ἀνελευθερία, vertit enim: si in verbo per illibe-  
ralem adulationem, aut lucri causa fiat.

ἡ δὲ ἀπὸ τοῦ πνεύματος τῆς λόγῳ, &c.] Sen-  
sus



fus est: vel emolumentum ab iis capiendum, qui  
recens ad Christi fidem conversi pietatis causa  
dona offerunt. Quod alibi, λόγος βασιλείας, λό-  
γος σωτηρίας, λόγος ευαγγελίου, λόγος εσθραυ, λόγος  
καταλλαγῆς, λόγος ἀληθείας, λόγος ζωῆς, λόγος πί-  
στεως, λόγος δικαιοσύνης, & πασιπμμε, λόγος θεοῦ,  
illud hoc loco λόγος appellatur : quemad-  
modum apud Marc. 14. 4. & 4. 33. & Act. 8.  
4. & passim. Igitur προσήκει τὸν λόγον, idem  
est ac προσήκει τὸν λόγον πιστεῖω, sive τὸν λόγον ευαν-  
γελίῳ, hoc est, ad Evangelicam partes transire  
& fidem amplecti, προσέρχεται τὸν λόγον ᾠγειν  
ut 1. Tim. 6. 3. & προσέρχεται τὸν θεόν λόγῳ, ut  
Origenes in Marth. 19. 29. Familiaris est au-  
tem utraque locutio Origeni : qui & non-  
nunquam προσέρχεται & πρὸς ἑνα simpliciter  
ufurpat. Inde dicti προσήλυτοι, qui relictis  
Gentilium superstitionibus circumcede-  
bantur, eorum autem qui recens verbum  
Dei receperant in nascentis illis Ecclesie  
primordiis insignis erat zelus, & profundissi-  
ma in Ecclesiam largitas, adeo ut quotquot  
possessores agrorum, aut domorum erant, ven-  
dentes afferrent pretia eorum qua vendebant,  
& ponerent ante pedes Apostolorum : divide-  
rentur autem prout cuique opus erat. Incre-  
mentum deinde capiente inde Christiana  
republica, cum ex ejusmodi venditionibus  
nonnisi incerti fructus ad Sacerdotum, &  
pauperum alimoniam caperetur, nec  
constans bonorum Ecclesie æstimator fieri  
posset, placuit domos ipsas & prædia Ec-  
clesiis attribui, à quibus certi redditus quo-  
annis provenirent. Id docet Urbanus Papa  
in Epistola Decretali. Præterea mos ille in  
veteri Ecclesia obtinuit, hodieque fere in  
usu est, ut Christiani ad templi accedentes,  
vel in concham, ut colligi potest ex Eliberi-  
tani Concilii Can. 48. vel certe in arcam ad  
id paratam, pro libitu & pietate stipem de-  
mitterent. Id à Paulo λογίζεσθαι, 1. Cor. 16. 12.

• & ευλογία, 2. Cor. 9. 3, 6. appellatur, hoc est  
salus, proprie Collectæ. Insignis est Justinii  
locus Apol. 2. pro Christ. οὐ ἐμπορεύωντες θεὰ καὶ  
ἐκὼς ὁδοῦ κατὰ σαρκαρεσσιν εὐσεβος πλὴν ἑαυτοῦ, θέλοντες  
διδάσκαι, καὶ τὸν συλλογισμὸν καθ' αὐτὸν ποιεῖν, καὶ τοὺς ὀφειλόμενους διδοῦναι,  
καὶ αὐτοὺς ἐπιτιμῶντες ὁρᾶντες, καὶ χηρίρας, καὶ  
τοὺς δεξιὰς νουθετοῦν, ἵνα δὲ ἄλλοις διδάξαι δυνατοῖσιν, καὶ τοῖς  
δεσπομένοις δοῖν, καὶ τοὺς παρεπιδηνοὺς εὖ διατίθεντας,  
καὶ ἀποστολὰς ποιῶντας ἐν ταῖς χρειαῖς τοῦ κοινού, ἵνα γίνονται  
Qui divites sumi & volunt, ad libitum unus-  
quisque suum, quod vult, largitur : & quod  
colligitur, apud Presidem depontur : ipse au-  
tem opem fert orphanis & viduis, iisque qui vel  
propter morbum, vel alia de causa egenae pre-  
muntur, qui sunt in vinculis, & hospitibus  
peregre adventantibus ; & ut semel ablutam  
omnium inopum curam gerit : quæ αὐτοῦ  
fere retulit Tertullianus in Apologetico  
cap. 39. Coimus, inquit, ad literarum divi-  
narum commercium, &c. & mox : Etiam si  
quod arce genus est, non debonoraria summa

quasi redempta religionis congregatur. Modicam unusquisq; stipem menstrua die, & si modo velit, & si modo possit, apponit: nam nemo contemnitur, sed pome confert. Hac quasi deposita pietatis sunt. Nam inde non epulis, nec potaculis, nec ingratis vorarinis dispensatur, sed egenis alendis, humanisque, & pueris ac puellis, re, ac parentibus destitutis, jamq; domesticis senibus, item naufragis, & si qui in metallis, & si qui in insulis, vel in custodiis, duntaxat ex causa Dei sectæ, alumni confessionis sui sunt. Plurima alia fuerunt donorum genera vel testamento relicta, vel alia quavis occasione erogata, quæ omnia Oblationum nomine censebantur. Ad Episcopi autem curam pertinebat, clericis eas, egenis, ceterisque dividere, necnon & illarum partem sibi servare, ut liquet ex Apostol. Can. 39. & 41. & Urbani Epist. Decret. jam laudata, & Concil. Gangr. Can. 7. & 8. Cum ergo amplas opes Episcopus pro arbitrio dispensaret, Episcopatum ambibant multi, ut eas invaderent, pauxillum vero egenis impertirent, & existimabant quas sumi esse aliorum i. Tim. 66 pietatem.

τοῦ ἡς παρορίθη &c.] Sic H. C. hæc autem P. 256.  
 R. C. prætermittit: τοῦ ἡς παρορίθη, καὶ διαπι-  
 ράσαντες ἡλθον εἰς τὴν γῆν χυνησαρέτ.

ἐὸς, ἥτις ἐπὶ τῶν ἀποστόλων. Ὁ δὲ ἰσχυρὸς ἐστὶν ὁ Χριστός.  
ἐπεὶ οὕτως ἐστὶν, οὕτως καὶ τὸ ὄνομα ἐστὶν.] Hæc omnia  
erant in nostro Codice, & in interpretatione  
Erasmi: causam præbuerunt ejusdem vocis  
iteratio, ut alias sæpe fit. Eanōs ē C.R. sup-  
plevimus. Origines in Joh. 2. 21. 22. τὸ πῶς  
ἐκλήθητο καὶ οὐκ ἐστὶν, & Hom. 14. in Iosepho,  
de Sidone agens; Sed si, inquit, ad interpretationem  
nominis redeam, quod significat, Venatrix,  
vel Venatores: & Homil. 16. sequenti: Sidonii  
dicuntur autem, sicut ante jam diximus, Venato-  
res: & Hom. 13. in Ezech. Comminatio est in  
Sidonem, quæ interpretatur, Venatores. Hiero-  
nymus de nomin. Ebr. Tyrus, quæ Ebraice dicitur  
Zor, & interpretatur tribulatio, sive angus-  
tia, vel fortitudo. Idem, ibidem: Sidon, vena-  
tio tristitia. Tyrus ad ἡξ, adfrixit, contraxit.  
Inde nomen ἡξ rupes; unde Tyro nomen,  
quod rupi imposita sit, Sidō ad ἡξ venatus est.

Ἐργῶντες εἰσὶν αἱ πονηραὶ δυνάμεις ] Hoc est,  
Dæmones: ita Theophylactus.

Ἡβραῖα καὶ ἀριθμοὶ τῶν ἰσραηλ. Ita se habent  
 Hebraica, Deut. 32, 8. יְסֻדָּם בְּנֵי יִשְׂרָאֵל *juxta*  
*numerus filiorum* eius: quemadmodum  
 Interpretes omnes. Soli LXX: ἀριθμὸν  
 αἰχμαλώτων. Legerant fortasse, דָּרָא לְבַסְפָּר בְּנֵי  
*juxta a numerum filiorum Dei*, quod alibi quo-  
 que Septuaginta reddiderunt, ἀριθμὸν, Gen. 6. 2.  
 antiquissimis temporibus in Interpretibus  
 facris varietas hæc inolevit, ut quæ in vetu-  
 stissimorum Patrum libris appareat. Ori-  
 genes Homil. 29. in Num. Quia sicut cum  
 disper-



dispergeret Deus filios Adam, statuit fines Gentium secundum numerum Angelorum Dei, vel (ut in aliis exemplaribus legitur) secundum numerum filiorum Israel, &c. & Homil. 13. in Ezech. Secundum numerum Angelorum Dei, sive ut melius habet, secundum numerum filiorum Israel.

P. 257. ἡτοιμασμένην ὑποκύπτει. ] A 333, unde Niphal, 3333 incurvatus, depressus, & per metaphoram, humilitatus. Ex hoc loco Theophylactus: ἡτοιμασμένην τῇ ταπεινώσει.

ἡτοιμασμένοι εἰσὶν ἐν βασιλείᾳ τῶν ἁγίων, &c. ] Alludit ad Matth. 25. 33. Legendum videtur: ἡτοιμασμένοι εἰσὶν βασιλείᾳ, &c. ut ἡτοιμασμένοι τῇ ταπεινώσει, ὡς λέγει Theophylactus ex hoc loco: οἱ γὰρ δίκαιοι τῷ ὕψει τῆ βασιλείας τῷ θεῷ ἡτοιμασθέντες.

ἡτοιμασμένοι εἰσὶν ἐν βασιλείᾳ τῶν ἁγίων. ] Ita scriptum erat, C. H. & R. Sed quis non videt corrigendum esse ἡτοιμασθέντες?

εἰς ἐκείνην πόλιν. ] Et alii item cæci duo, de quibus Matth. 6. 27.

P. 258. μή τις τοιαύτη θυγίη. ] Hieronymus.

ἡ ἱσραὴλ μὴ εἴδωται. ] Erasmus: videlicet eum qui non erat in Israel, neque perspicax. Videtur legitur, ἡ μὴ εἴδωται.

ἡ δὲ αἰὶς αἰώνων ἐν εἰρησμένον. ] Sic habebant C. C. H. & R. Correxerat autem aliquis adoram libri H. ἄβων ἐν εἰρησμένον, quam lectionem secutus est Erasmus: sic enim reddit: quoniam cum adesses ea mensura panum, ut non possent simul & filii comedere panes, & cæteri famuli, aut alii prater ea panem bene confectum: indigesto & perturbato sensu, id enim plane sibi vult Origenes: Quum ea esset panum mensura, ut non possent filii simul & canes domus panem comedere, nisi forte alium à pane elaborato panem canes comederent.

μή τις δύναμις καὶ ἐξ ἑαυτοῦ, &c. ] Sic hæc benigne possumus interpretari, humanam Christi naturam, utpote creatam, vis infinitæ nequiquam fuisse capacem; sed à Verbo tanquam instrumentum mensuram aliquam potestatis accepisse.

περί τινος γέγραπται, &c. ] Exod. 22. 31.

ἄλλοι μὲν ἐν ἀπολαύσει ὄντων, &c. ] Jam supra doctrinam hanc, quæ μέμνηται, αἰώνων αἰσθη, ab Origene confutatam vidimus. Hieronymus tamen Epist. 59. ad Avitum, hujus erroris reum ipsum peragit. Quo jure, disputamus in Origenianis. Hic autem Simonianorum, Basilidianorum, Marcionistarum, aliorumque cum quibus semper ad præliandum compositus est, stolidam opinionem notat, qua Metempsychosin statuebant, Origenes in Epist. ad Rom. lib. 5. c. 5. Sed hæc Basilides non advertens de lege naturali debere intelligi, ad ineptas & impias fabulas permonem Apostolicum traxit in Pythagoricum dogma, id est, quod anima in alia atque alia corpora transfundatur, ex hoc Apostoli dicto co-

natur adstruere. Vide Irenæum lib. 1. cap. 20. Epiphanius Hær. 42. cap. 4. & 11. ubi errorem hunc Valentino, Colarbaso, Gnosticis omnibus & Manichæis, præter Marcionem, tribuit.

ἡτοιμασμένην. ] Sententia postulat ut τῷ ἡτοιμασμένῳ negandi particula præfigatur.

ἡτοιμασμένην. ] Erasmus reddit: multa. P. 260. que gravevolentia; legebat nempe, ἡτοιμασμένην.

ἡτοιμασμένην καὶ τῆς γραφῆς, &c. ] 2. Reg. 16. vers. 9. Psalm. 21. v. 17. Eccles. 13. v. 22. & alibi.

ἡτοιμασμένην ἐν ἡτοιμασμένῳ. ] Erasmus: juxta rationem ingredi, legerat procul dubio, εἰς ἡτοιμασμένον, vel ἡτοιμασμένον, quod valde mihi probatur; nam & id sensus desiderat, & confirmatur ex Theophylacto: καὶ ἡτοιμασμένος, inquit, ἐλπίσαντες τὸ καλὸν, & δυνάμεθα τὸ εἰς αὐτὸ εἰσελθεῖν. Codices tamen H. & R. habent, ἐν ἡτοιμασμένῳ.

ἡτοιμασμένην καὶ τῆς γραφῆς, &c. ] Origenes lib. 2. contr. Cels. pari sententia: αἰὲς ἀνθρώπων ὁφθαλμοὶ τυφλὸν πῦρ ψυχῶν, καὶ ὅσα τὰ ἐκ κεκοσμημένων σφόνδύων ἀγέῃς, ἀκύνει σφοδρῶς: καὶ οὐκ ἐπὶ τῷ πῦρι (ἐν τῷ) μακαρίᾳ ζωῆς πολλοὶ δὲ καὶ ἡτοιμασμένοι τὰς βλάσεις τῆς ἡτοιμασμένης ἀνθρώπων ἐσὶν ἀνθρώπων, καὶ ἡτοιμασμένοι ἀλλήλους, καὶ ἀπὸ αἰώνων, ἀλλ' ὡς ἐλάφου.

ἡτοιμασμένην καὶ τῆς γραφῆς, &c. ] Hæc desiderabatur in nostro Codice, & in interpretatione Erasmi. Ean nos C. R. supplevimus.

ἐλάφου καὶ ἀνθρώπων. ] Deuter. 12. 15. & 14. 5. & 15. 22.

ἡτοιμασμένην καὶ τῆς γραφῆς, &c. ] Origenes Homil. 27. in Num. Homil. 2. in Cant. Cant. & Homil. 18. in Jeremiam & lib. 2. contr. Cels. Cervos cum serpentibus perpetuas exercere inimicitias, eosque persequi & profligare, res est pridem decantata. Fallitur profecto Horus Apollo cum cervos vipera visa in fugam se dare scribit; hanc enim è contrario eorum præsentia & odore fugari, sæpe & ab illis deglutiri, docent Theophrastus lib. 4. de caus. Plant. & Basilus in hexaem. imo & serpentium omne genus, quo pabulo ætatis dispendium reparatur, denique juvenescant cervi. Tertullianus de pall. cap. 3. Idorus lib. 2. Orig. cap. 1. Nec illud verisimile est quod eleganter descripsit Oppianus lib. 2. Cyneg. cervos in Libya arenis projectos à serpentibus manu facta invadi; nam nec cervos in Africa ullos esse notum est, nec credi potest ad illud animal angues hostili animo viam affectare, cuius vel odorem solum reformidant. Quamquam scribit Michaël Boymus in Flora Sinenfi ingens quoddam serpentis genus apud Sinas reperiri, tam vastæ molis ut totos cervos deglutiat: nomen illi Gento. Cervū anhelitu



helitu suo serpentes è latebris excitare & prodeuntes devorare scribit præter alios complures Ælianus lib. 2. de anim. cap. 9. cuius verba ita interpretatus est Vir doctissimus, quasi spiritus cervini amore serpentes produci vellet Ælianus: perperam, sic enim ille: καὶ ἔλκετ, ὡς ἰούρι, τῷ πνεύματι, καὶ ἀνοῖτα ποσὶν. Quod ita reddas: *Et trahit spiritum, tanquam illecebra, & invitum producit.* Iouξ autem non semper amoris illecebram sonat, sed & quidquid attrahendi & illiendi vim habet. Nota præterea quod ut semper, Iouξ amoris illecebram significaret, cervi spiritum Iouξα non appellat, sed Iouξ comparat, quod nempe utrumque attrahendi vim habeat illud volentem, illud etiam renitentem, ut liquet ex sequentibus verbis: καὶ ἀνοῖτα ποσὶν. Addit Ælianus id fieri maxime hyeme: Symeon autem Sethi, æstate, atque ita cervis à natura comparatum esse, ut devoratis serpentibus, ante coctionem potu abstineant, urgente licet ardente siti; id sibi lethale videlicet futurum præcipientes: cum tamen doceat Epiphanius in Physiologo cervum serpentibus habitu suo excitis pascum, nisi intra trihorium sitim aqua restinxerit, moriturum, proptereaque scriptum esse Psalm. 41. vers. 1. *Quemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum;* & Epiphanius consonet Hieronymus, alique plurimi. At cervinorum cornuum ad saxa attritu, eorumque ἀναδυμίδος serpentes è latebris agi produnt alii. Sane Plutarchus in libro πότερα ἤβρωον, serpentes à cervis attrahi pronuntiat, rationem attrahendi silentio prætermittit: id autem nos non silebimus huic Plutarchi loco Æliani lib. 8. de animalibus sextum caput ne mutatis quidem verbis ita simile esse, ut ex eo expressum videatur. Etymologici vero magni auctor & respiratione, & cornuum attritu & suffitu serpentes à cervis trahidocet. Certe cornu cervini odorem venena depellere, & serpentes fugare tradunt Theophrastus, Dioscorides, & alii: sinistrum præcipue cornu efficax esse, & utile ait Aristoteles libr. 9. de hist. anim. proptereaque cervum invidiosum animal id in terram defodere, ne quod inde homines emolumentum capiant. Quod autem ille sinistro cornu, dextro illud tribuunt Theophrastus, & Plinius; ipse vero Aristoteles Epirotici tantum cervi cornu dextro. Nec cervi duntaxat cornu hac vi pollere, sed & illius sanguinem, & medullam, & genitalia, & centipellionem, & dentes, & hinnulei coagulum scribunt Dioscorides, & Symeon Sethi, & Plinius, & Serenus Sammonicus. Ab ea autem serpentium vel agitantorum, vel devorandorum facultate dictos Græcis ἰλάφους crediderim: ita A-

Hier. in  
Psalm. 41.

thanafius lib. De definit. Epiphanius in Ps. Eustathius in Iliad. 8. & Etymologicum magnum: non δὲ ἡ ἰλάφους ὁ ὄφις, ut vult Plutarchus, vel δὲ ἡ ἰλάφους ὁ ὄφις, ut proponit Etymologus, cum τὸ ἰλάφους, quasi ἰλάφους, ab ἰλάφους dictum potius existimet Eustathius in Iliad. 8.

μὲν δὲ ἰλάφους τὸν ὄφιν, &c.] Basilus in Hexaem. ἐπεὶ τοίνυν ἡ ἰλάφους τοιαύτης ἐστὶ τῆς καλῆς οὐσίας, ὡς καὶ τῶν ἄλλων τῶν ἐν τῷ ἰσχυρῷ βασιλεὺς, ἀλλὰ καὶ καὶ σαφὲς αὐτῇ ἐστὶν, ὡς φασὶν οἱ τὰ βλάστη τεινέκτες, τὸ τῆς ἐχιδνῆς βρομία. Quoniam ergo ita cervo à natura comparatum est, ut omni serpentium injuria superior sit, imo & viperæ esus remedium ipsi sit, ut ajunt qui res ejusmodi observarunt. Serpentium quorumvis vulneribus obnoxios esse cervos sed phalangiorum præcipue; cancris autem comestis, & hedera sylvestri sanari proditum est ab Aristotele, Oppiano, & Æliano. Quanquam autem, ut supra dixi, non id facile credam, quod scribit Oppianus serpentes cervis inlidiari, cujus præsentiam & odorem refugiunt & exhorrescunt: fieri tamen posse existimo, ut à cervo depressus & exagitatus serpens vim vi repellat, & mortem sibi jamjam inferendam ulciscatur. Id vero metuens cervus, ubi ad bellum anguibus inferendum se accingit, elaphobosco pascitur, eoque munitus serpentibus resistit, Dioscorides lib. 3. c. 80. Plin. lib. 22. cap. 22.

ὅτι οὗτος πάλιν, &c.] Marcionistas, aliosque Hæreticos perstringit.

ἀνοῖτα ποσὶν τῷ ὄφιν ὁμοίως ταύτης, &c.] Inde P. 261. Chrysostomus in eundem Matthæi locum: καὶ ἀνοῖτα ποσὶν τὸν ὄφιν ὁμοίως ταύτης, ὅρταν ἰδοὺ πῶς τὸ σῶμα πεπρωμένον. Hilarius porro & Hieronymus hanc Origenis expolitionem maxima ex parte suos in Commentarios transfulerunt.

καὶ ἐκεῖ μὲν οἱ μαθηταὶ ἦσαν, &c.] Chrysostomus, Hieronymus.

ἐνθάδε ὁ ὄφιν ἔκλειψεν, ἀλλὰ καὶ ἐνθάδε ἔκλειψεν, quidem apud Marcum, 6. 16. sed κελύει apud Matth. 15. 35.

ὅτοι μὲν ἐν ὅροις ἦσαν, &c.] Et illi in deserto P. 163. erant: Matth. 15. 33. Vnde ergo nobis in deserto panes tantos?

καὶ τὰ ῥα ὄφιν μὲν ἐκλείψαντες, &c.] Theophylactus.

οἱ ποῖος ἀλλήλους ἀφ' ἑαυτοῦ, &c.] Et hæc quoque P. 164. Theophylactus.

μὴ εἰς χάριν] Erasmus prætermisit μὴ. ἀξίον αὐτῶν ἀναρθεῖναι] Sic habet C. R. & id sensus postulat C. H. ἀξίον αὐτῶν ἀναρθεῖναι.

ὅτι μὴ αὐτῶν καὶ ἀναρθεῖναι] Si hæc ita legis, videtur aliquid ad sensum explendum desiderari; hæc puta que exhibet Erasmus: illum fortasse non condemnasset: sin autem: ὅτι μὴ αὐτῶν καὶ ἀναρθεῖναι, nihil



nihil deerit, & sic interpretaberis: *Pilatus autem aliquatenus ad id inclinans, cum non condemnasset.*

ἡ δὲ φωνὴ τοῦ ἑρμῆος ἡ ἀξίωσις, &c.] At in Luca nulla hujus extat postulationis mentio: imo contrarium diserte docetur. Vide Luc. 23. v. 14. 15. Nec quicquam facit quod habetur, Act. 4. v. 27. *Convenerunt enim vere in civitate ista adversus sanctum puerum tuum Iesum, quem unxisti, Herodes, & Pontius Pilatus, cum Gentibus, & populo Israel: nec enim inde probatur Herodem à Pilato Jesu mortem poposcisse.*

P. 265. ὁπότε ἐγένετο σφραγίσαν. Vide Nos supra ad pag. 230. Comm. in Matth.

ὡς φησὶν ὁ ἀπὸ τοῦ βασιλέως ἀποστόλῃς, &c.] 4. Reg. 24. 7. *Ἐβραϊστὰ βασιλεὺς ἀποστόλῃς, &c.]* תירחא Ebraice dicitur; *ῥαφακ* ab Interpretibus LXX. *ῥαφακ* à Josepho; Tirhac à Sulpitio Severo; & hunc nonnulli eum esse putant qui à Strabone *ῥαφακ* appellatur. Sennacheribum produnt sacri Codices post vastatam Judææ partem Rabsacen ad oppugnandam Hierosolymam misisse, ipsum Lachis obsidisse, atque inde eum in Lobnam civitatem impetum convertisset, Rabsacen Hierosolymæ obsidionem solvisse, & ad Sennacheribum Lobnam contendisse: cum vero Tharacam Regem Chus adversum se exercitum ducere accepissent, ad Hierosolymæ expugnationem rediisse. Nam quod 4. Reg. 19. vers. 14. legitur: *Cumque audisset de Tharaca rege Aethiopia dicentes: Ecce egressus est ut pugnet adversum te, & irret centra eum, misit nuntios ad Ezechiam.* Ebraicis non consonat; illud nimirum: *ὅτι irret centra eum.* ex Ebræo, *וּבָרַח, & reversus est,* melius LXX. *ἡ ἀντιπαύειν, & Jonathan, וּבָרַח, & rediit.* Quæ autem tradit Josephus Antiq. lib. 10. cap. 1. circa Pelusi obsidionem impeditum Sennacheribum à Tharaca, vel juxta Herodotum à muribus procedente obviam Sethone Rege, discedere fuisse coactum, Scripturæ sacræ non repugnant, nam Lobna Pelusium contendere potuit Sennacheribus, priusquam de Tharaca inaudisset quidquam, ejusque adventu ad se perlato regredi. Pelusiaca hac autem obsidione maxime commotus videtur fuisse Tharaca, ut Egyptiis suppetias ferret. Quod vero subjicit ex Herodoto de muribus, simile ejus est quod Cretensibus Amaxitum obsidentibus contigisse refert. *Elanus* lib. 12. de Animal. c. 5. & alii. Unde vero accepit Sulpitius Severus Tharacam Assyriorum regnum invasisse, dicat Hæroclitus.

ἡ δὲ φωνὴ τοῦ ἑρμῆος ὅτι ἐπὶ τὸν, &c.] Vide Theophylactum.

ἡ δὲ φωνὴ τοῦ ἑρμῆος ὅτι ἐπὶ τὸν, &c.] Hæc item refert Theophylactus.

ἡ δὲ φωνὴ τοῦ ἑρμῆος ὅτι ἐπὶ τὸν, &c.] Job. 1.

v. 17. *Chaldei posuerunt, שְׁלֹשָׁה וָאֶשֶׁר, vertit Pagninus, tres duces: LXX. Complut. Edit. & MS. Alexandr. ἡ δὲ φωνὴ τοῦ ἑρμῆος ὅτι ἐπὶ τὸν, &c.] hoc loco, *cuneos militum, turmas, agmina* significat, ita dicta, quod unaquæque suum caput, sive suum ducem habeant. Eandem obtinet significationem Jud. 6. v. 16. & 1. Sam. 13. v. 17. & alibi. Optime itaque Thargum: *Chaldei constituerunt ἡ δὲ φωνὴ τοῦ ἑρμῆος tres turmas*, voce Græca, *ὁμάδα* servata, & Aquila: *τάγματα τρία* & Vulgata: *Chaldei fecerunt tres turmas.**

ἡ δὲ φωνὴ τοῦ ἑρμῆος ὅτι ἐπὶ τὸν, &c.] Cave hoc loco Erasmi interpretationi fidem adhibeas.

Ἡ τὴν ἑβραίων τὸ τίς τιμῆς ἐπὶ τὸν νομὸν τὴν αἰνῶν) Ple. 2. 41. raque jam vocabula à Græcis ad Ebraeos migraverant, & quibus fuit τὸ, τιμῆς, à τὴν derivatum. Timæi autem filium Bartimæum facile crediderim, quemadmodum Ptolemæi filium Bartolomæum. Nec est cur corruptum locum suspicemur cum Hieronymo; qui pro Bartimæus legendum conjicit, Barsamæus, hoc est ἡσὺς τὸν υἱὸν καὶ filius cæcus; nec cur alias Pagnini interpretationes sequamur.

τὸν ἐβριανῶν καὶ πτωχόντι καὶ τὸν εἰς ἰησοῦν πείν) Hebion, hoc est, ἡβριαν, egeum significat. Cum autem cæci hi mendicantes Christum filium David, non Dei appellarent; quod ipsius dignitati detrudere viderentur, Hebion illos comparat, qui mendicus & ipse nomine erat, & Christum quoque è Davidis semine ortum sciscitabat.

ἀναπνεύσας ἡδὲ καὶ τὸν ἰησοῦν) Ita Codices nonnulli Marc. 10. 50. & Vulgata editio, exiliens. At vulgo legitur, ἀναπνεύσας, quod sequuntur Syrus, Arabs, & Ethiops. Paulo potest tamen Origenes, ἀναπνεύσας καὶ ἀνίστα

ἐπὶ τὸν νομὸν οἷς ἀντιθέσειν) C. R. ἐπὶ τὸν νομὸν καὶ ἀντιθέσειν ἐβριανῶν

εἰτε λαόντις εἰδομέν) Ita uterque codex. Hare tamen videtur ille locus.

ἡβριανὸν εἰς ἱεροσόλυμα, καὶ εἰς βηθανίαν) Ita Vulg. P. 41. Interpr. Marc. 11. 1. ita & Luc. 19. 29. Sicut autem Græci codices habent; καὶ εἰς ἡβριανὸν εἰς ἱεροσόλυμα, εἰς βηθανίαν, καὶ εἰς βηθανίαν, deest, ἐν βηθανίᾳ, in quibusdam. At Beza in hunc Marc. locum, Vetus autem Interpres, inquit, ut & Syrus, solam Bethaniam commemorat, meo vetustissimo codice ad stipulante: cum Syrus tamen Bethphage & Bethaniam commemoret, consentientibus Ethiopis, & Persa.

καὶ ἱεροσόλυμα) Vulgata; Iubila filia Ierusalem. Ebraeum enim ἡβριαν, utrumque significat.

αὐτὸς πτωχός) Symmachus, & 5. Editio, πτωχός. Iustinus utrumque habet, πτωχός, & πτωχός. Ebr. πτωχός, quod, pauperem, sonat;







P. 437. τὸν πῶλον, prætermittunt.

καὶ ἵνα κινωσμένοις τῷ ὄψι, καὶ τῷ πῶλῳ ὅτι  
ἐδύναται τῷ διδασκάντων μαθητῶν) Item pau-  
lo post: ἀλλὰ τοῖς μὲν ἐκ τῷ διδασκάντων ἡματιῶς  
ἐπηρεῖται τῷ ὄψι καὶ τῷ πῶλῳ, &c. τῷ διδασκάν-  
των, id est, eorum, qui præceptis aliam &  
pullum, Circumcisionem nimirum, &  
Gentes, sive quoslibet Christi vectores eru-  
dierunt. Origenes Homil. 37. in Luc. *Solutus*  
*à Discipulis asinus & portans Iesum incedit su-*  
*per vestimenta Apostolorum, quando doctrinam*  
*eorum imitatur & vitam.* Hieronymus: *Vestis*  
*autem Apostolica, vel doctrina virtutum, ve-*  
*l dissertio Scripturarum intelligi potest; sive Ec-*  
*clesiasticorum dogmatū varietates, quibus nisi*  
*anima instructa fuerit, & ornata, sessorem ha-*  
*bere Dominum non meretur.* At vetus Orige-  
nis Interpretes τῷ διδασκάντων significationem  
discendi, non docendi videtur tribuisse; sic  
enim ille locis supra laudatis: *ut super orna-*  
*tor vestibus Discipulorum Christi, &c.* Item:  
*Quoniam unumquemque discipulorum decebat*  
*aliquid Christo conferre.* Ad stipulatur Orige-  
nes, eandem hanc historiam edisserens Tom.  
11. in Joh. p. 178. *ὁ δὲ τις τῶν μὲν διδασκάν-*  
*των ὅτι ἐκ τῶν φθόνων τῶν ἐκ τοῦ πνεύματος*  
*πολλὰν δεξιὰν ἵπῳ τῷ γινώσκοντι τὸν λόγον πνευματικῶς*  
*μαμαθηνεύοντων ἀπολυομένων τὸν δὲ πῶλον τῶν ἀπὸ*  
*τῷ ἰδὼν, &c.* Idem Homil. 2. in Cantic. *Bea-*  
*ta sunt ille anime que dorsum suum curvave-*  
*runt, ut suscipiant sessorem Verbum Dei super se,*  
*& frana ejus patiuntur, ut quocumque ipse volu-*  
*erit, flectat eas, & agat habenis præceptorum*  
*suorum.* Certe à, διδάσκω vocabulum, disco  
profluxisse verisimile est: sed ἐπὶ τῷ

καὶ ἀποδόντας μὲν φθόνους &c.) Hierony-  
mus, Opus imperf. Hom. 37. Pseudochry-  
sostomus Homil. 12. in Marc. Theophyla-  
ctus.

P. 438. καὶ ἔτι ἐξέτρεψε καὶ τὸ, &c.) Totam  
hanc Origenis dissertationem expresit  
Hieronymus in insigni ad Damasum Epi-  
stola, & in hunc Matthæi locum. Abuterer  
otio meo, si ea omnia colligerem, quæ in  
hanc questionem congeri possunt: consu-  
lat qui volet Interpretes, ego sententiam  
meam paucis profero. Fateor ramis arbo-  
rum decerptis, principibus viris gratulari,  
& lætiam suam testari solitos fuisse Ju-  
dæos, ut erudite probat Baronius ad ann.  
Christi 34. Quin & ramis illis inde Hofan-  
na nomen fuisse, id etiam agnosco. Quum  
autem Christo adventanti Hofanna accla-  
marent, id sibi voluisse, Ramos decerpere  
in honorem filij David, quemadmodum  
idem statuit Baronius, illud vero persuade-  
ri non possum; sed in Origenis potius, Hie-  
ronymi, & Theophylacti discedo senten-  
tiam, qui Hofanna hoc loco nihil aliud sibi  
velle putant, quam quod LXX, Aquila,  
Symmachus, & alii in 117. Psalms. ὡσαν δὲ,

reddiderunt. Ad id vero quod objectant  
τὸ, ὡσαν δὲ, cum, ὡσαν δὲ, parum coha-  
rere; alij alia respondent; ego vero sic exi-  
stimo, in voce, ὡσαν δὲ, non tam literæ signi-  
ficationem attendendam, quam populi vo-  
ciferantis animum, qui vocem illam ē 117.  
Psalms, (qui in Synagogis Judæorum cre-  
berrime legebatur, ut auctor est Hieronymus  
in Epist. ad Damas.) depromptam; & lætitiæ,  
gratulationi, ac triumpho destinatum, quod  
Psalms ille de Christo vaticinetur, adve-  
nienti Jesu gratificaturus conclamabat. Igi-  
tur, *Hofanna filio David*, idem est quod; *Ho-*  
*fanna*, honoris Jesu causa, vociferemur. Ita  
Græci solemnem hymnum, ἡ παῖαν, non  
in Deorum solum gratiam, sed quocumque  
queres ex animo successerant, intensā vo-  
ce canebant. Par erat quoque olim apud  
nos plebis, puerorumque consuetudo, quæ  
etiamnum in aliquibus Galliæ locis perfe-  
verat, ut triumphantibus acclamarent, *Noël*,  
*Noël*; à die quo natus est Christus, & quo  
exultant Christiani omnes, traducto more  
ad publicas alias omnes, solennesque pom-  
pas: id quod erudite, ut alia omnia explicat  
clarissimus Menagius in Origin. Gall. ling.  
Ut ergo vocis illius, *Noël*, sensus ad principis,  
verbi gratia, triumphum nihil pertinet, sed  
populi tamen exultantis lætitiā mirifice  
significat; quasi diceret, Vocem hanc hono-  
ris tui causa, ô Princeps, succinimus ita, *Ho-*  
*fanna*, etiam si, *Filio David*, minus ex te con-  
veniret; ex populi tamen tripudiantis con-  
silio apte omnino congruebat.

λεγομένων ἐν τισιν ἀντιγράφοις μὲν) In exem-  
plaribus nempe τῷ: cum in Ebraico archetypo Psalms ille CXVIII. numero cen-  
seatur: quod nempe Psalms IX. bifariam  
fecerit Ebræi, quem uno tenore describunt  
Græci. At vice versa Psalms qui Ebræis est  
CXLVII, Græcis CXLVI. ab Ebræis cum  
sequeute continuatur; à Græcis autem ab eo  
disjungitur.

ἀνὰ δὲ δὲ δὲ) Hæc Ebraice sic habentur:  
הוֹשַׁנָּה בְּכֹחַ הַבַּיִת כֹּחַ הַבַּיִת כֹּחַ הַבַּיִת

πλὴν ἐν τινι τῷ εἰς τὸ κτ' &c.) Qui locus in P. 438.  
Regio Origenis Commentariorum in Jo-  
hannena libro non comparet.

ὡσαν κατὰ συνήθειαν ἐκ τῶν ἀπὸ τῶν τῶν ἀπὸ τῶν  
&c.) Origenes Tom. 11. in Johann. pag. 174.  
Hieronymus, Pseudochrysostomus Hom.  
13. in Marc.

καὶ τὸ ἀπὸ τῶν, ὡς εἶμαι ὡς ἐστίν, &c.) Osecum p. 441.  
Michæa memoriæ falsus confudit. Idem  
alibi peccat sæpenumero, quemadmodum  
viro Scripturæ quidem callentissimo, sed  
ejus loca inconsultis libris memoriter reci-  
tanti, & ad alia properanti usu venire de-  
buit.

ἐν ὅτοις εἶχον) Vulgatæ τῷ: Editiones  
habent: ἐκ τῶν ἀπὸ τῶν: ὡσαν δὲ. Ita Syrus, &c.



Arabs. Ebr. חסד. Item: ἀποδωκεν εὐλαβίης, ita Editio Complutensis, & Aldina. Hieronymus, *reuerens*: at Sixtina; εὐσεβείας, cui consentit Arabs; Jonathan; *miseriordes*; Syrus, *integer*. Eundem hunc locum Hom. 14. in Jerem. proferens Origenes; εὐλαβίης, & εὐλαβίης, constanter legit.

ἀλλ' εἰδὲ εἰσελθὼν εἰς τὸ ἱερὸν τῷ πατρὶ, τὴν ἐκ-  
κλήσιαν) Origenes infra pag. 444. εἰσελθὼν εἰς  
τὸ ἱερὸν τῷ θεῷ ὄλον, τὴν πᾶσαν ἐκκλησίαν: & Tom.  
11. in Johann. p. 171. & Tom. 12. pag. 184. Hila-  
rius Can. 21. in Matth.

P. 442.  
Anthr.  
in Pate.  
ὡς πολλαὶ εὐτελεῖς, ὡς εὐτελεῖς λόγος αἰχίς, &c.) Col-  
lybus vilis erat numuligens: auctor Ari-  
stophanes:

ὡς πορὶ τῷ  
εὐτελεῖς ἱερίας: ἀνδρῶν, ὡς πορὶ τῷ  
καλλύβου.  
ut ante

Nullus emisit falcem, ne collybo quidem:

Scholias: εὐτελεῖς καλλύβου) εὐτελεῖς νομί-  
μας, ἀντὶ τῷ, ὡς εὐτελεῖς. Quum autem pre-  
tiosa numismata vilioribus, vel vilia pretio-  
sis permittuntur numularij; propterea ipsa  
trapezitica ars; quam *Cambium* posterior  
aras appellavit, καλλύβου, & trapezita, καλ-  
λύβου, dicti fuerunt Consulendus Auctor  
commentarij in Marc. qui Origeni falso  
tribuitur, ad cap. 11. sed præcipue Pollux  
lib. 3. cap. 9. & lib. 7. cap. 33. Pro permuta-  
tionis autem pretio certam de capite mer-  
cedem mensarius exercebat. Vir quidam do-  
ctus suis in Ciceronis Frumentariam Com-  
mentariis collybum, livorem esse ineptissi-  
me scribit, ex erugine nummorum digitis  
computantium adhærescentem, hoc Cassii  
Parmenis deceptus loco; quem profert  
Suetonius in Augusto cap. 4. Hanc finxit  
manibus collybo decoloratis Nervionensis men-  
sarius; hoc est, manibus ex frequentiaris, ar-  
gentive tractatione inquinatis. Cum ergo  
pro permutationis pretio fieret de vivo de-  
ductio, Numularij illi qui in Templo trape-  
ziticam exercebant, præter certam permuta-  
tionis mercedem, quam in suum emolu-  
mentum de capite deducebant; pretiosa  
etiam numismata adulteratis numulis com-  
mutabant. Id enim sibi volunt hæc Orige-  
nis verba: ἵνα ἐκδοῦσι μὲν ἐκείνους οἷς καλλύ-  
βου, & in Johann. Tom. 11. p. 178. ὡς γὰρ  
ἔστιν οἱ τὸν ἐράριον τῷ πατρὶ οἶκον, τὴν ἀγίαν ἱερου-  
σαλὴμ, τὸν οἶκον τῆς πορσευχῆς μολῶντες, καὶ  
ἀσέλατοι ληστῶν ποιήσαντες, ὡς αὐτῶν ἡ ἑαυτῶν,  
ἀργύρεον ἔχοντες ἀδύκμιοι, καὶ διδόντες δέδλους, καὶ  
καλλύβου τοῖς πορσεύουσιν εὐτελεῖ καὶ εὐκαὶ φρόντα  
νομίσματα. Aliam propugnat sententiam  
Hieronymus nec hos collybifitas numis nu-  
mos vult commutasse, sed pecuniam foene-  
rantes, pro usuris quæ Lege prohibeban-  
tur, collyba, hoc est, tragemata, & vilia mu-  
nifera, verbi gratia, fricti ciceris, uvarum,  
que passarum, & poma diversi generis exe-

gisse. Huic favet Hesychius: καλλύβου, τροχάλια.  
Sed in priore sententia sisto.

καὶ εὐτελεῖς πορσεύουσιν τινὰ, ὡς παρὲς πορσεύουσιν,  
δύσαντες.) Hieronymus.

εἰ δὲ εἰ τὰ εἰδὴ τῶν τροχάλων, &c.) Hiero-  
nymus.

εἰ δὲ καὶ καλῶς διακοιοι δρῶντες, &c.) Cum P. 443.

ad Episcopum bonorum Ecclesiæ dispen-  
satio pertineret, id ipse non per se, sed non-  
nunquam per Presbyteros, sapissime per  
Diaconos administrabat. At 6. 1. 2. & seq.  
Inde Diaconos præceptis informans Apo-  
stolus 1. Tim. 3. 8. turpibus lucris potissimum  
ipsis interdicat.

οἱ δὲ τὰς πορσεύουσιν πορσεύουσιν τῷ  
λαῷ ἐπισκοποι, καὶ πορσεύουσιν &c.) Origenes  
Homil. 2. in Cantic. Cantic. Vidit & sedem  
puerorum ejus: Ecclesiasticum puto ordinem di-  
cit; qui in Episcopatus vel Presbyterij sedibus  
habetur. Vidit & ordinationes, seu stationes  
ministeriorum ejus: Diaconorum, ut mihi vide-  
tur, ordinem memorat. astantiū divino ministe-  
rio; & Homil. 10. in Ezech. Dedecus est in Ec-  
clesia surgere de confesso Presbyterij, projicere  
Diaconatus gradum, & Tractatu 24. in Matth.  
Quitales Diaconi fieri volunt, consequenter vi-  
sibiles primas cathedras eorum qui dicuntur Pres-  
byteri praripere ambiunt. In conventibus Ec-  
clesiasticis sedisse Presbyteros, itidem ut E-  
piscopos, stantibus Diaconis quis ignorat?  
Eo amplius Ignatius Apostolorum ipsos ge-  
rere typum docet; sic enim in Epistol. ad  
Trall. ἀναστὰς ὁ ἀνὴρ ἐστὶν ὁ ποιῶν, αὐτοῦ τῷ ἐπι-  
σκοπῳ μὴ δὲν πορσεύειν ὑμᾶς. ἀλλ' ἐπορεύσιν ὡς, καὶ τῷ  
πορσεύουσιν, ὡς πορσεύουσιν ἡμεῖς. Proinde ne-  
cessè est, quæcunque agit, nihil vos sine Episco-  
po agere, sed subiectos esse & Presbyteris, tan-  
quam Apostolis Iesu Christi: & in Epistol. ad Smyr-  
nacens. πάντες τῷ ἐπισκοπῳ ἀκολουθεῖτε, ὡς ὁ χριστὸς  
ἡμεῖς τῷ πατρὶ καὶ τῷ πορσεύουσιν, ὡς τοῖς ἀπο-  
στόλοις. Omnes sequimini Episcopum, quem admo-  
dum Christus Iesus Patrem, & Presbyteros, tan-  
quam Apostolos. At quamvis inter Episcopos  
& Presbyteros non confiderent Diaconi,  
rerum tamen Ecclesiasticarum, itidem ut il-  
li, iudices erant. Origenes lib. 2. in Epistol. ad  
Rom. Ecclesiarum rectoribus & principi-  
bus loquitur, his videlicet qui iudicant eos qui in-  
tus sunt, i. e. Episcopis, vel Presbyt. & Diaconis.

τὸ τοῦ δὲ τὸ πορσεύουσιν τῷ λαῷ, &c.) Origenes P. 444.  
Tom. 11. in Johann. pag. 172.

ὡς ἀκούοντων πᾶσαν τὰς τῶν πορσεύουσιν) Ita P. 445.

uterque Codex. Non congruit tamen sen-  
tentia. Vetus Interpr. Et quasi ad non audien-  
tem, neque servantem omnem ordinem dicunt.  
Quid si legamus, καὶ ὡς μὴ ἀκούοντων τὴν πᾶσαν  
τὰς, &c.)

ἡλθεν εἰς ἐνδανίαν, τὸν τῆς ὑπακοῆς, &c.) Hila-  
rius Can. 21. in Matth.

διὰ τὸ ἀκαρπὸς εἶναι τὴν ἐκδοῦσαν σωμαγωγίαν)  
Hilarius Can. 21. Matth. Ambrosius l. 7.



in Luc. cap. 23. Opus imperf. Homil. 39. Brevis Enarratio, Theophylactus in eundem hunc Matth. locum, & in Marc. 10. Glossa.

P. 448. πάντας καταλείπει τὰς σφραγίδας ) Lege: οὐ πάντας. Ita legendum esse ex loci sententia liquet. Vetus Interpr. sic habet: *Non omnes reliquit priores*, &c. videtur legisse: ἢ πάντας. ὅσον μὲν ἐν τῷ ἑρμ. &c. Hinc arguere licet falli eos qui patronum asciscunt Origenem sententiae ejus quae fidem sine operibus justum hominem efficere decernit. Id fufius ostendimus in Origenianis.

P. 449. ἐν τῷ σωαίκα ὁ μαρτυρῶν τινι ) Ita C. R. at H. ὑποβαίνει. β. & μ. in MSS. Codd. saepe confunduntur, propter similitudinem τῷ μ. cum prisca figura τῷ ε.

ἀπὸ δὲ τῷ μὴ ἔχειν, & ὁ δοκεῖ ἔχειν ἀφ' ἑσέως ἀπ' αὐτοῦ ) Ita Vulgata Editio: *quod videtur habere*, & optimi Codd. antiqui: ac congruo certe sensu: qui enim non habet, videri potest habere; habere revera non potest: adeoque genuina est haec explicatio, ut illud Matthaei 13. 12. & Marc. 4. 25. vix aliter intelligi possit, quam si, & ὁ ἔχει, ita exponamus, ὁ δὲ δοκεῖ ἔχειν, commissum enim fervo cessatori ac pigro talentum ablatum iri dicit Servator, quod quamvis illud ab hero acceperit, ac propterea habere videatur, eo tamen non utitur, sed in terram defodit, ac perinde est, ut si non habeat. Frustra ergo Beza, & Grotius illud: ὁ δὲ δοκεῖ ἔχειν, pro, ὁ ἔχει, ex Luc. 8. 18. huc intrusum fuisse conjectant, nec hujus parabola scopo convenire asserunt. Eorum tamen conjectura favet Interpres Aethiops, qui apud Matthaeum & Lucam constanter vertit: *quod datum fuit ei*.

ἢ ἀπαρτῶν τῶν νομιζομένων ζωῶν ) Emenda: ἢ ἀπαρτῶν τῶν, vel, ἀπαρτῶν τῶν. Vetus Interpr. *quam infuretur*, &c.

P. 450. μὴ δὲν ἀλλοαυτοῦ τῆς ) C. H. ἀλλο. R. μὴ δὲν αὐτοῦ τῆς.

ὁρὸς τῷ τοῦ λαλέειν ὅτι, &c. ) Idem habet Auctor Comment. in Marcum Origeni adscripti, quem aliquando favente Deo, edemus.

ἢ μὴ ἐν ἑκατό, ἢ ὅπως ὁνομάσω ) Ejusmodi nomina fingere Graecis familiare est: Dio dixit, ὑπομαρτυρεῖν, Xerophon Oeconom. ὑπομαρτυρεῖν, Thucydides, ἐκτελεῖν, quod ausi sunt etiam imitari Latini nonnulli.

P. 453. ἀλλοι ἀπειλείατο ) C. C. H. & R. ἀλλοι ὅτι.

P. 454. ἐν οἷς εὐλόγως, ἢ ἀναλόγως κινεῖσθαι ) Lege: ἢ ἀλόγως. Vetus Interpr. *Utrum autem rationabiliter, an irrationabiliter*.

P. 455. ἐν σελωῶν φάραγμα ἰσώμε ) Jos. 10. 12. LXX. habent: & σελωῶν φάραγμα ἰσώμε. Complutensis editio: κατὰ φάραγμα ἰσώμε. Oxoniensis MS. κατὰ φάραγμα ἰσώμε, ὅς αν ἀπολιμήσω τὸν λαὸν τῷ.

παρὶς αὐτῶν τὸ ἔχειν ) C. R. αὐτῶν. ma. P. 456. lim, αὐτῶν.

τὸν ἀπὸ τῶν ἀπειθήσαντων ἱσραὴλ πρὸ θεοῦ λαόν, & τὸν, &c. ) Theophilus Antioch. libr. 1. Comment. in Evang. Hilarius Can. 21. in Matth. Hieronymus, Chrysostomus, Opus imperf. Theophylactus, Euthymius, Glossa.

πρὸ μὴ ἐμπλεῖον καταστῆναι ) Lege: πρὸ μὴ Vetus interpr. *Qui non abundantius discunt parabola hanc*: & id postulat sensus, nisi malis: πρὸ μὴ ἐμπλοαίως.

ὁ πρὸ ἡμεῶν λαός, & μὴ μὴ, &c. ) Theophilus Antioch. Hilarius Can. 22. in Matth. Ambrosius libr. 9. in Luc. Hieronymus, Commentar. in Marcum Origeni adscriptus in cap. 12. 1. & seq. Opus imperf. Hom. 40. Brevis Enarratio, Theophylactus, Euthymius, Glossa.

πρὸ δεικνύμεν κατ' αὐτόν ) Vetus Interpr. *legabat, τό*.

δεδόται δὲ οἱ πρὸς τὸς γεωργούς πεμφθέντες, &c. ) Hilarius can. 22. in Matth. Auctor comment. MS. in Marc. 12. 2. Chrysostomus, Theophylactus, Euthymius.

τελευταίος δὲ τὸν ἰόντα τῶν, &c. ) Lege: τελευταίος. Matth. 21. 37. ὕστερος. Hilarius can. 22. Theophylactus.

ἄλλοις δὲ γεωργούς, τοῖς δόκτορας ) Theophylactus.

ἐν δὲ τῇ αὐτῇ τῷ δειπνῶν ὡς ἐλθόν ) Quod αὐτῶν P. 456. Matth. 22. 4. illud idem δειπνῶν appellat Origenes, quemadmodum & Luc. 14. 16. δειπνῶν quippe cum αἰσῶ confundi docent Grammatici, Hesychius, Suidas, Etymologus.

ἔσω δὲ πρὸ ἡρασημένην ἄσμεν τὸ ἀγαπῶν τὸ ἀμ. P. 46. πειλῶν μου ) Ita Cyrillus, & MS. Alexandr. Sixtina editio: τὸ ἡρασημένην μου. Complutensis: ἔσω ἡρασημένην μου ἄσμεν τὸ ἀγαπῶν τὸ ἀμ. πειλῶν μου. Vulgata: *canticum patris mei*, quod idem habere Aquilam testatur Hieronymus. Ebr. יְהוָה אֱמִנִי, at *patruum*, & *patruelem*, & *dilectum* significat; quam postremam vocabuli hujus notationem sequuntur Jonathan, & Syrus, & Arabs. Item pro *vineae ejus*, quod sequitur Vulgata & Complutensis, & Jonathan, & Syrus, & Arabs; legerunt alij *vineae meae*, cui consentit Sixtina, & reliquae editiones.

ἀμπελον σαρὴν ) Ita LXX. At Symmachus, Basilus, Jonathan, & Hieronymus, *vineam electam*. Vox πρῶτον non vino solum ita dicto, sed rebus aliis in Scriptura tribuitur, & quoddam coloris genus significat rebus iis commune. Ex hac vite dicta est vallis Sorec, in qua habitabat Dalila. Judic. 16. 4. Post hac amavit mulierem, quae habitabat in vallis Sorec. LXX. ἐν ἀλσούρ lege: ἐν ἡαλ σαρὴν. Hieron. Sorec, nomen torrentis, de quo loco fuit Dalila illa Sampsonis: sed usque hodie ad septentrionalem plagam Eleu-



theropoleos vicus ostenditur, nomine Capharso-  
rec juxta villam Saraa, unde fuit Samson. Huic  
autem loco contermina erat Vallis Botri,  
unde eximia illa uva allata est ab explorato-  
ribus. Num. 13. 24.

P. 462. ἀλλὰ μήποτε ὁ κτλ. τὸ εὐαγγέλιον, &c.) Theo-  
phylactus, Glossa.

P. 463. τὴν μὲν κτλ. τὴν δὲ αὖτε γεφυρὸν φουτολογίαν] φου-  
τολογίαν appellat φουτολογία at τὸν αὐτὸν δὲ  
τοῦ, de quo paulo post, τὸν ἀναγωγίον. Sic ita-  
que locum hunc interpretor: *Sermonem*  
*qui ad naturam humanam regendam, & idoneis*  
*informandam praeceptis, e.g. Scriptura petitis per-*  
*tinet.*

εἰ γὰρ γεφυρὸν ἐν ἐκκοσμησὶ, περὶ ταῖς  
ταῖς, &c.) γεφύριον est turris, seu muri quod-  
dam supercilium, seu lorica, quæ in supe-  
riori margine circumcursantes à lapsu de-  
fendit, & telis ad perpendiculum demit-  
tendis, & à pariete rejiciendis stillis utilis  
est. Hanc & Latine, *coronam*, post Vitruvium,  
& Curtium appellavimus. Origenes in Io-  
hann. 1. ἀρχὴ οὐκίας ὁ θεμέλιος, καὶ τέλος ἡ  
γεφύριον. & Tom. 8. p. 93. φράσκειν δὲ τὴν  
γεφύριον ἐν οὐκοῦν μὲν, καὶ οὐκ ἔστιν  
τὸν ἀνελκυστῆρα ἐπὶ τὸ δῶμα τὸ λόγος, ἀπὸ μόνων  
τῶν ἐρημιάντων τῆς γεφύριον πειπλόντων τῶν  
παιδῶν.

ἀπεσήμενεν εἰς τὴν ἰουδαίαν (Ejus-  
modi enim turres in agris fere extruebantur,  
in quibus homines agriculturæ dediti  
habitabant. 2. Par. 26. 10. Extruxit etiam tur-  
res in solitudine, & effodit cisternas plurimas, eo  
quod haberet multa pecora, & in campatribus,  
quam in eremi vastitate, vineas quoque habuit,  
& vinitores in montibus, & in Carmelo: erat  
quippe homo agriculturæ deditus. Ejusmodi  
turres οὐροφυλάκια appellantur. Hierony-  
mus in Epistol. ad Sun. & Fretell. De septuagē-  
fimo octavo, Posuerunt Hierusalem in pomorum  
custodiam, quod in Græco, εἰς οὐροφυλάκιον, dici-  
tur, nec potest aliter verti, quam à nobis transla-  
tum est; significat enim οὐροφυλάκιον, speculam,  
quam custodes satorum & pomorum habere  
consueverunt. Ad cælum autem alludit Ori-  
genes, è quo tanquam è specula Deus omnia  
prospicere ac perlustrare fingitur.

ὅτι κυριεύει τὰ δένδρα (Et pag. seq. ἀμπε-  
λὸν δὲ γυναικὰ φέρει μᾶλλον τὰν εὐφροσύνην κυρι-  
εῦντων item: ἀκαίρως δὲ κυριεύοντος (κρη-  
πὴς) καὶ ἐν ἐν καιρὸς ἐμφανίζοντες κυριεύειν,  
pro, ἀνθεῖν, de vite loquentes LXX, dixe-  
runt non semel in Cant. Cant. &, κυριεύοντες,  
pro, ἀνθεῖν: Hieronymus Homil. 2. in Can-  
tic. Initium Cypri, id est floritionis in verbo: unde  
ait: Botrus Cypri, id est floritionis. Hesychius:  
κυριεύειν, ἀνθεῖν, quemadmodum &  
apud Suidam legendum est pro, κυριεύειν  
σα: κυριεύειν autem dicuntur vites, cum  
hunc statum flos ipsarum affecutus est, quo  
flos est cypri, hoc est, ἐρωδῆς, ἐνθάδε, qua-

lem esse cypri florem scripsit Dioscorides  
lib. 1. cap. 125. Atque hinc etiam Cyprus  
appellatur uva florens, si Hieronymo cre-  
dimus; sic etiam ille Homilia 2. in Cantic.  
Vva florens Cyprus appellatur; & species qua-  
dam extrinsecus virgultus est, quæ Cyprus dicitur.  
ferens etiam ipsa floridum quemdam fructum in  
modum florentis uvæ prolatum. Ut autem à cy-  
pro vitis metaphorica κυριεύειν dicitur, ita  
cypri flos à vitis similitudine εὐφροσύνη appella-  
tur Cant. 1. 14. εὐφροσύνη εὐφροσύνης τῆς κύπρου· κύπρον  
porro id esse quod Arabibus *أفرا* (alii scribunt  
*أفرا*) nuncupatur, unde Hispanum, Al-  
henna, seu Alfenna, constat ex R. David  
Kimchi, Avicenna, Serapione, Matthæo  
Sylvatico, & aliis; inficiatur Belonius, scru-  
tator naturæ accuratus ac diligens, cyprium  
que folia hyeme ponere; Alchannam reti-  
nere scribit: at cyprium ipse idem esse vult  
ac ligustrum; quod jam ante asseveravit Pli-  
nius lib. 12. cap. 24. & lib. 24. cap. 10. ab aliis  
vero negatur. Jure ne, ansecus, hic non  
disputo.

ἐν τῇ αἰνῇ, &c.) Vetus Interpr. *Quam* P. 464.

domalitia, &c. legebat, ὅτι, quod mihi non  
displicet. Nequitiam hanc inter, quam spon-  
te suscipimus, & hominum animis post Ada-  
mi peccatum instinctam ad vitium propen-  
sionem distinguit: quæ postrema homines  
universos naturaliter afficit; & neminem sui  
immunem esse finit.

ὅτι μὲν εἰς τὴν ἀντιπροσώπων, &c.) Theophy- P. 465  
lactus,

ὡς τὸν ἀζαρίαν ἰδὼν τὸν ἰωδὰν) Quæ verba in  
Catena quoque MS. Bibliothecæ Reg. ita  
concepra sunt. Sic habent etiam omnes  
ἑβραίων editiones 2. Par. 24. 20. præter Com-  
plutensem; in qua legitur *ζαχαρίαν*; ut &  
Josephus libro 9. Origin. cap. 8. & Theo-  
doretus, & Ebraicum exemplar, & Syrus,  
& Arabs. Perplacet mihi sententia Hiero-  
nymi, qui Zachariam Barachia filium, de  
quo Matth. 23. 35. eundem esse sciscit, qui  
Zacharias Jojada filius; ad id Ebraico Na-  
zaraorum Codice adductus, in quo pro  
Barachia nomine, Jojada nomen reperit-  
ur; salva tamen vetustissimorum Patrum  
reverentia, qui Zachariam Baptistæ patrem  
hic à M. thæo significari putant. Nunc id  
adnotare sufficiat, varietatem illam lectio-  
nis, quæ 2. Par. 24. 20. occurrit, ubi Azarias  
pro Zacharia legitur, antiquissimam esse, &  
Origene ipso vetustiore.

ὅτι μὲν εἰς τὴν ἀντιπροσώπων, &c.) Theophy- P. 466.  
lactus, Euthymius c. 50. in Marth.

ἀπεργνωκῶν αὐτὸν ὅτι εἶν ὁ υἱὸς) Locī  
huius sententia postulat, ut τῶν ἀπεργνω-  
κῶν eandem tribuamus significatio-  
nem, quam τῶν ἐργαζῶν, qua-  
lem obtinere illud observavimus apud  
Græcos aliquos recentiores. Achilles Ta-







Diacon. in Epist. ad Sever. Tom. 3. Bibl. quo nomine Noëtianos quoque antea inignitos fuisse prodit Ildorus Origin. lib. 8. cap. 5. Praxeani quoque, & Hermogeniani id nominis errore suo meriti sunt. Eandem opinionem Apollinaristis, & Priscillianistis tribuunt Athanasius in Epist. ad Epictet. & Leo Papa Epist. 93. ad Turibium, cap. 1. Hoc igitur inductus dogmate Sabellianus unam, eandemque Patris, & Filij, & Spiritus sancti hypostasin esse pronuntiavit, *ὁμοῦσι τῷ ὄντι, τὸν αὐτὸν ὕμνον, τὸν αὐτὸν ὅλον, αὐτὸν πνεῦμα, ὃς ἐστὶν ἐν μὲν ἑαυτοῦ ὡς ἐν ὁνομασίᾳ, ἢ ὡς ἐν ἀνθρώπῳ σώματι, & ψυχῇ, & πνεύματι.* Hic enim statuit, quique ab eo dicti sunt Sabelliani, eundem esse Patrem, eundem Filium, eundem Spiritum sanctum, ut sint in eadem hypostasi tres appellationes, vel quemadmodum in homine, corpus, & anima, & Spiritus. Notandum præterea veterem huius in Matthæum Commentarij Interpretem, *ἑαυτοῦ αὐτοῦ, substantiam*, pro *subsistentiam*, hoc loco perperam reddidisse; ut a clarissimo viro Henrico Valetio, in luculento Annotationum ad Eusebium opere observatum est. Quamquam *μία ἐκ τῶν αὐτῶν* dixisse Synodos aliquas, & *ἑσάν* cum *ἑαυτοῦ αὐτοῦ* veterum Patrum nonnullos confudisse constat. At Gregorius Nysenus librum de eorum differentia conscripsit. Sed hæc fusius in Origenianis expendimus.

*καὶ κακῶς λέγοντες τὸν θεομωρῶν.* Cerdoniani, Marcionistæ, Valentiniiani, alij.

P. 471. *οἱ τῶν ἱερατικῶν προεστάντων πατριάρχων λόγων* Vetus interpres: *Qui præsumunt inique Iudæis turbis*: legebat, *ἐχθρῶν*, quod placet.

P. 472. *ἄνθρωπος μὴ βασιλεὺς, &c.* Hieronymus, Opus imperf. Hom. 41.

*οἱ δὲ γάμοι τοῦ ἡν βασιλεὺς, &c.* Augustinus Quæst. Evangel. lib. 1. quæst. 31. Gregorius Hom. 38. in Evang. Theophylactus, Euthymius cap. 51. in Matth. Glossa.

*οἱ δὲ ἀποστολὴν ἔχοντες δούλοι καλῶς, &c.* Hieronymus, Chrysostomus, Opus imperf. Hom. 41. Gregorius Homil. 38. in Evang. Theophylactus, Glossa.

*τὸ δὲ ὑποτασσόμενον αἰεὶ, &c.* Euthymius Homil. 51. in Matth. Remigius.

P. 473. *εἴτ' ἐπεὶ πορευθεὶς καὶ ἀγαθὸς, &c.* Theophylactus.

P. 474. *κατὰ δὲ τὸν βασιλεὺς τὰ πρὸς αὐτὸν* Vetus Interpr. *Secundum autem cum qui conregnabit filio Regis*: Legendum fortasse: *ἐν μετὰ βασιλεύοντα πρὸς αὐτὸν, vel, βασιλεύοντα ἅμα τῷ βασιλεὶ, vel quid simile, nec aliter sensus stare potest.*

P. 475. *ἡ μὲν ἀπὸ τοῦ ἡν ποιῶν, &c.* Philo Judæus. *ὡς ὁ ἀνθρώπος ὁ θεὸς διατηθεὶς* Ita LXX. Complutensis editio habet: *ὡς ὁ ἀνθρώπος ὁ θεὸς διατεθείς.* Ebr. *וכן*, ut mentiat, ne-

que aliter Onkelos; nec Syrus, nec Arabs, & Philo Judæus lib. 1. De vit. Mos. *ὡς ὁ ἀνθρώπος διατεθείς* αὐτῷ. Ita legisse videtur Rufinus Origenis Interpres Hom. 6. in Num. *Non sicut Deus homo frustratur*, hoc est, fallit, decipit. Item ibid. *Non ergo Deus sicut homo, qui frustra loquatur.* *διατηθεὶς* tamen non absonum; qui enim mentitur, sermo ipsius dividitur, ut *προφωκῶς τῷ ἐν διαθεῖναι* non respondeat; vel, ut Scholiastes ille quæ laudat Nobilius: *διατηθεὶς, ταῖς ἐν, σαλευθεὶς*, τὰ δὲ κρημενύμενα σαλεύει. Judith 8. 16. legitur *διατηθεὶς*, iudicari, quod ibi securus est Syrus. Id tamen videtur detortum ex corrupta lectione τῷ, *διατηθεὶς*. Vide Orig. Hom. 18. in Jer. Idem Hom. 3. in Gen. *Foris positi* (hoc est, *οἱ ἔξωθεν*, Ethnicis, quod non intellexit Rufinus) arroganter nos circumstrepunt, dicentes excelso illi atque incorporeo Deo non convenire, ut humanis utatur affectibus. & Hom. 6. in Ezech. *Pater quoque ipse & Deus universitatis, longanimis & multum misericors, & miserator* nonne quodammodo patitur. *An ignoras quia quādo humana dispensat, passionē patitur humanā?* Supportavit n. mores tuos Dominus Deus tuus, quomodo si quis supportet homo filium suum. Igitur mores nostros supportat Deus, sicut passiones nostras portat Filius Dei. Ipse Patrem non est impassibilis. Si rogetur, misereatur & condolet; patitur aliquid charitatis, & sit in eis in quibus juxta magnitudinem naturæ suæ non potest esse, & propter nos humanas sustinet passiones. Item lib. 2. *ἀρχῶν*, cap. 4. Si vero propter illa quæ dicuntur in Veteri Testamento, quod irascitur Deus vel pœnitet, vel si qua alia humani affectus passio designatur, materiam sibi ad confutandos nos præberi putant, affirmantes penitus impassibilem Deum, atque his omnibus carentem affectibus sentiendi; ostendendum est eis etiam in Evangelicis parabolis haberi similia &c.

*καὶ φησὶ μὲν γὰρ ὁ θεὸς τὴν ἐν οὐδὲν.* De quibus supra læpe a Nobis actum est.

*τίς ἡ ἀποκλήρωσις, &c.* Vertimus: *Quæ. P. 476.*

nam hæc particula est: vides enim partitionem quandam & distributionem induci; nempe inter τὸ, *μὴ φεῖν τὸν ἐν τῷ εὐαγγελίῳ*, &c. & τὸ, *ἐν τῷ τόμῳ ἡν εἰν ἀπαλλαγὴ ἕτερον*, &c. Cicero 2. De divin. *Quæ est tandem ista distinctio?* Græce dixisset: *τίς ἡ ἀποκλήρωσις*; Eodem modo interpretanda est vox, ἀποκλήρωσις, quotiescunque oppositio aliqua significatur, ut lib. 1. contr. Cels. *τίς ἡ ἀποκλήρωσις πιστεύει μὲν μωροῖς ὡς ἀληθεύοντα, . . . ἰσοῦ δὲ ἀπιστεῖ*; & alibi eodem libro: *τίς γὰρ ἡ ἀποκλήρωσις, κυριολεκτεῖ μὲν τὸν δία, ἐχθρὸν δὲ τὸν πατέρα μὲν αὐτοῦ; &c.* Item in illo loco Gregorij: *τίς ἡ ἀποκλήρωσις, τὸ μὲν σμερδαλέον, καὶ τὸ κοταλίζον ἢ τὴν διαλέκτιον μόνως. τὴν ἄλλα δὲ ἀπερίφραστον εἰς κινωσάρχους; Julian.* &c. ubi Scholiastes: *τίς ἀποκλήρωσις, ἀντὶ τῆς, τίς εἰκασίας, καὶ ἡ ἰσὶς τῷ ἀποκλήρωσι, εἰρη* δὲ



ἀπὸ τῆς κλήρου, ἢ τῆς κληρονομίας, ἢ τῆς μετρίας τῆς γῆς·  
ἐν ἀμφότεροις γὰρ ἡ γῆ ἐστὶ καὶ οἰκιστὴς κληρονομία.  
Eodem recidit hæc explicatio, nam pro-  
pterea inter res distinctio fit & partitio,  
quod peculiares unaquæque habeat pro-  
prietates, nec inter se penitus conveniant.  
Malim tamen exponere, *partitio*, quam, *pro-  
prietates*. Eadem etiam ratione exponenda est  
vox illa locis à Joh. Croio laudatis, cap. 32.  
Observ. in Novum Testamentum, & aliis  
fere omnibus, ubi per interrogationem  
usurpatur. Nec erat sane, cur vocabuli hu-  
jus quam damus expositionem in Billio  
damnaret Crojus, & pro, *partitione*, *absurdi-  
tatem* significare vellent, ὁ δὲ ἀποκλήρωσις. Atten-  
dat Lector, & pronuntiet. Unus memovet  
Philoponi locus, quem profert, in cap. 9.  
lib. 1. Meteorol. ἀτοπα ἢ πολλὰ τῶ λόγῳ, καὶ  
ἀδυνάτα συμβαίνει, καὶ ἀποκλήρωσις ἐχόντα μόνῳ.  
Sed vox illa citra interrogationem illic u-  
surpatur, & nobis codex non est ad manum,  
quem consulamus. Ab hoc itaque loco  
abstineo; in aliis, ἀποκλήρωσις, *partitionem* so-  
nat: me vide.

καὶ ἄλλον ζητεῖν.) Vel lege: καὶ μὴ ἄλλον ζητεῖν,  
vel τὸ μὴ, quod προτέρῳ superius præcedit, hic  
repetitum subaudi.

ὅσον ἔν ἀνθρώποις ἰσχυρὸν, & εὐ συμφέρει, &c.)  
Origenes infra in Matth. pag. 477. παρ' ἡμῶν  
ἐν τοῖς ἀνθρώποις ὁμοιωθῆναι ἡ βασιλεία τοῦ ἑβραίων  
βασιλεῖ· παρὰ δὲ τοῖς καὶ τὰς γραφὰς λεγομένοις θεοῖς,  
ἐν ἐν σωτηρίᾳ ἡ εὐ δὲ τοῖς ἐν μέσῳ θεοῖς διακρίνεται,  
ἡ βασιλεία τοῦ ἑβραίων ἐστὶν ὁμοία διὰ βασιλεῖ  
Theophylactus.

ὁ θεὸς ἡμεῶν πῦρ καταναλίσκει, ἵπτεται, &c.)  
Ita C. R. at H. ὁ θεὸς ἡμεῶν πῦρ ἐστὶ καταναλίσκει  
ἐνεία, ἵπταν δὲ, &c. Consentit Vetus Interpr.  
*Deus noster ignis consumens est, consumens ea.*  
Codicem Reg. hoc loco magis probamus,  
quem & in interpretatione secuti sumus.  
Hunc luxatum tamen & mancum sic fortas-  
se restituas: ἵπτεται ὅσον μὲν ἔστι τὸ πῦρ καταναλίσ-  
κει δὲ ἄλλα ἐπὶ τοσούτων, &c.

P. 477. νῦν μὲν γὰρ καὶ ἀνὰ ἑβραίων ἑλέπειν, &c.) Theo-  
phylactus.

ὁμοιωθῆναι τῷ ἀνθρώπῳ, &c.) Quemad-  
modum homines in libris sacris *Filii homi-  
nis* sapissime appellantur; ita Christus ap-  
pellatur, *Filius hominis*, pro eo quod est, *Homo*,  
καὶ ἑβραίων. Origenes Homil. 1. in Ezech. *Per  
omnem prophetiam Ezechieli dicitur, Filius  
hominis. Quis autem Filius hominis ut Domi-  
nus meus Iesus Christus?* Hanc locutionem  
Græcis Hebraei, Romani Græci communi-  
carunt.

P. 478. ἐν πνευματικῶς λογικοῖς ἡρώδης.) Vetus inter-  
pr. videtur legisse, *λογικοῖς*, habet enim, *elo-  
quiorum*.

P. 480. καὶ ἐστὶν ἰδεῖν ἀπὸ πάσης ὁδοῦ ἰδιωτικῆς, &c.)  
Augustinus Quæst. Evangel. lib. 1. Quæst. 31.  
Theophylactus.

ἵνα δὲ ἰδεῖν τὸν αὐτὸν ἐν ὁδοῦ μόνον, &c.) Col. 3, 9, 10.  
Tertullianus De resurrect. carn. cap. 27.  
Ambrosius lib. 9. in Luc. Hieronymus,  
Gregorius Homil. 38. in Evangel. Chrysos-  
tomus, Opus imperf. Hom. 37. & 41. Brevis  
Enarratio, Euthymius cap. 51. in Matth.

ἵστων τὰ ἱμάτια μου λευκά.) Legendum: ἱμα-  
τία σου, ita LXX. Ecclef. 9, 8. & Vulgata: *vesti-  
mentatua*. Ebr. תרנגול. Vetus interpr. Orige-  
nis hoc loco, *vestimentatua*.

ἄλλοις παρὰ τὰ ἀνω στρατεύματα.) Veti etiam  
ita hæc poterant: *alii ab exercitibus celestibus*;  
At cum exercitus de quibus supra egit,  
hi sint exercitus celestes, nostra interpreta-  
tio utramque comprehendit.

ἵνα δὲ ἴστων ἀπὸ πάσης καὶ ἑβραίων, &c.) Orige-  
nes Homil. 10. in Exod. *Manus est animæ vir-  
tus, quia tenere aliquid & infringere potest*;  
velut si dicamus *actus ejus & fortitudo*; & *pes*  
quo incedit ad bona vel mala. Idem reperias  
Hom. 8. in Levit. Vide item Hieronymum,  
Gregorium Hom. 38. in Evangel. Theophy-  
lactum, Euthymium cap. 5. in Matth. Glos-  
sam.

καὶ ἀνακληθῆναι; ἐκεῖ ὡς ὁ λόγος.) Lego, ἀνα- P. 481  
κληθῆναι. C. R. expungit τὸν ὡς.

ἑβραίων δὲ ἐκ τῶν καὶ τὸν ἑβραίων, &c.) Hæc ex  
Josepho Antiq. lib. 18. cap. 4. & lib. 2. De bell.  
Jud. cap. 7. petita sunt.

τὸ δὲ ὅμοιον ἀνακληθῆναι γενομένης, &c.) Vide P. 482  
Iosephum Antiq. lib. 18. cap. 11. & De bell.  
Jud. lib. 2. cap. 9.

τὸ ἀνακληθῆναι δὲ αὐτὸς ἀρῶν, &c.) Iosephus  
Antiq. lib. 18. cap. 4. καὶ ἔβη τὸ ὄριον ἡγε-  
μῶν καὶ μὴ τῶν τοῦ αὐτοῦ σημαίας ἐπὶ αὐτὸν  
ἡσόδον τῇ πόλει ἀρῶν; δὲ πλάτος ἀγροῦ τοῦ ἀνδρα-  
πῶν διὰ τὸ νύκτωρ ἡγεῖσθαι τῶν αἰσόδον ἰδρῶν τὰς  
εἰκόνας φέρον εἰς τὰ ἱεροσολύμα: Et ideo qui ante  
hunc fuisse Praefides, cum signis aliter insignitis  
solebant urbem ingredi. Primus Pilatus igna-  
vis omnibus noctu illatas effigies Hierosolymis  
statuit.

καὶ ἱστέον ὅτι ἰδὼς ὁ γαλιλαῖος, &c.) Ad 5.  
37. Iosephus lib. 18. Antiq. cap. 1, & 2.

ὁ δὲ καὶ τὸν κωρὸν αὐτὸς τετραρχῆς, &c.) Post Ar-  
chelai, qui fuit Herodis Alcalonitæ filius,  
exilium, redacta in provinciam formulam, &  
Syriae attributa Judæa, in eamque misso  
Quirinio, qui Judæorum facultates cen-  
feret, rebellasse Judam Gaulanitem, pluri-  
mosque ad defectionem sollicitasse narrat  
Iosephus lib. 18. Antiq. cap. 1. Duo ergo tum  
supererant Tetrarchæ, Herodes Antipas,  
& Philippus; hic Trachonitidis & Gau-  
lanitidis, iste Galilææ: quorum uterque om-  
nibus obsequiis favorem Cæsaris demereri  
studebat. Testis idem Iosephus lib. 18. An-  
tiq. cap. 3. Et verisimile est utrumque sub-  
ditos sibi populos, ipsosque adeo Iudæos,  
cervicosam gentem, refractariam, & Cæsa-  
ris mandata facile respicientem, tributa veto



ægre pensitantem pro virili compescuisse. Hoc autem loco alterutrum designat Origenes; vel Philippum, è cuius ditione; Gamala videlicet, Gaulanitis regionis oppido, ortum duxerat Iudas, ut est apud Iosèphum lib. 18. Orig. cap. 1. vel Herodem, in cuius Tetrarchia, Galilæa nimirum, conflata fuerat hæc Galilæorum factio. Hinc autem satis liquet eorum stare non posse sententiam, qui seditionem à Juda concitatam in annum primum Christi conferunt; nullus quippe tum Tetrarcha; solus rerum potiebatur Herodes magnus. Nec minus inde perspicuum est quantū Bezam ratio fugerit, qui eos ab Herode defensos fuisse conicit, qui tributum Cæsari dandum non esse propugnabant.

*ἐν δὲ τῷ ἔτι ἐν τῷ λαῷ τοῦ, &c.)* Supra diximus Herodem Antipam tributis Cæsari pendendis operam suam contulisse, cui rei pateritidem ipsius Herodes magnus præfuerat: pergit Origenes, eosque qui hanc Herodis adjuvant voluntatem, ab aliis qui tributorum coactioni resistere, Herodianos dictos fuisse vult. Eandem tunc sententiam Hieronymus in hunc Matthæi locum: *Erat, inquit, in populo magna seditio, dicentibus aliis pro securitate & quiete, qua Romani pro omnibus militarent, debere tributa perfolvi; Phariseis vero, qui sibi applaudebant de iustitia, è contrario docentibus non debere populum Dei, qui decimas solveret, & primitiva daret, & cetera quæ in Lege scripta sunt faceret, humanis legibus subjacere. Cæsar Augustus Herodem filium Antipatri alienigenam & profelytum regem Iudæis constituerat, qui tributis præesset, & Romano pareret imperio. Mittunt igitur Pharisei discipulos suos cum Herodianis, id est, militibus Herodis, seu quos illudentes Pharisei, quia Romanis tributa solvebant, Herodianos vocabant, & non divino cultui dedito. Quidam Latinorum ridicule Herodianos putant, qui Herodem Christum esse credebant, quod nusquam omnino legimus. Quæ postrema, (ut id obiter dicam) immerito carpere videtur magnus Scaliger in Eusebianis Animadversionibus, his verbis: In quo fugit eum (Hieronymum) ratio. Non enim Latini id prodiderunt, sed ex veteribus Græcis Epiphanius, Græcus & ipse scriptor id retulit. Meminisset hæc haberi apud Tertullianum De præscript. adv. Hæret. cap. 45. Cum his etiam Herodianos, qui Christum Herodem esse dixerunt; & illa quoque apud Philastrium, qui paulo ante Hieronymum vixit, Hæret. 28. Herodem autem Regem Iudæorum percussit ab Angelo, ipsum ut Christum sperantes expectant. Rectius Hieronymum in simulasset Scaliger hoc nomine, quod cum supra adducto loco ridicule existimari à quibusdam Latinorum dicat, Herodianos esse qui Herodem Christum esse censebant; idem ta-*

men in Dialogo contra Luciferanos, cap. 8. ita scribat: *Herodiani Herodem regem suscepere pro Christo.* Ex Origenis igitur, & Hieronymi, & Cyrilli præterea Alexandrini sententia, Herodiani appellabantur, qui vectigalia Romanis esse solvenda prædicabant. Quæ si legisset Beza, id sane non adnotasset ad Matth. 22. 16. *Alij igitur existimant Herodianos appellari, qui censerent tributa Cæsari solvenda, quibus videlicet colligendis Rex Herodes Antipatri filius ab Augusto esset constitutus. At ego fateor me nusquam hoc legisse.* De Herodianis multi multa prodidere; alij eos fuisse volunt, qui Herodem magnum; nonnulli qui Antipam; aliqui etiam qui Agrippam Messiam esse crederent: alij, qui vectigalium coactoribus faverent; quidam Herodianos milites; nonnulli domesticos. Ego vero sic sentio, extitisse quosdam Herodis magni temporibus, qui Messiam ipsum esse opinarentur: cum tributis autem præesset Herodes, iisque per vim exigendis milites promotos haberet, & expeditos, ipsius quoque cultores & affectas, quo Messia suo per omnia assentirentur, pendenda tributa prædicasse: Iudæos vero, & ex iis potissimum Phariseos, Herodianorum nomine, tum milites, tum exactores; tum Herodis tanquam Messia cultores insignivisse; utpote qui omnes Herodi faverent: mortuo autem Herode magno, & Viennam deinde relegato Archelao, cum Iudæa provinciæ formam accepisset, superfuisset etiamnum qui Herodem defunctum pro Messia haberent, quique præcepta illius, leges, & placita pertinaciter tuerentur & propugnarent, in quibus præcipuum illud erat, Cæsari pensitanda esse tributa. Nullos autem hoc nomine milites Hierosolymæ tum fuisse, cum Herodis Antipæ potestati nequaquam esset permissa; sed precibus solum, auctoritate, ac consilio, non per vim tributorum coactionem ipsum promovisse perspicuum est.

*οὐ δὲ φαντασία ἰδουδαίας, &c.)* Quemadmodum ita consentiebant Sadducæi & Herodiani, ut Sadducæorum pars esse crediti sint Herodiani; ita & Phariseorum exedris exiisse Galilæos verisimile est, nam & *κασιγέρτης Ἰωάννου ἡ δούλη ἀντιπατρῶς, καὶ τῆ κοροῦπης οὐς τὸ πολέμειν τε καὶ ἐλπίσιν ἐπαίρει.* Regibus obistere possunt, & adeo bellum & damnum inferendum aperte insurgunt: ut ait Iosephus libr. 17. Antiq. cap. 3. & defectionem suam exorsurus Judas Gaulanites Sadducum Phariseum sibi adjunxit, quemadmodum ex eodem Iosepho lib. 18. Antiq. cap. 1. discere licet; & utrique ne Cæsari fidem suam iurejurando obligarent, extrema omnia constanter pertulerunt. Iosephus libr. 17. Orig. cap. 3. & lib. 7. De bell. Iud. cap. 27. Id autem videtur hoc loco innuere Origenes.



P. 483.

καλοντες μὴ αὐτὸν διδόναι, &c.) Hieronymus, Chrysostomus, Brevis Enarratio, Theophylactus.

οἱ οὐκ ἀποκαλοῦνται αὐτὸν διὰ, &c.) Theophylactus.

συνεστὴ καρδία ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος, &c.) Theophylactus in hunc Matth. locum, & in Marc. 12.

P. 484.

ὁ μὲν ἀρχὸν τῶν αἰώνων τοῦτον, &c.) Origenes Homil. 39. in Luc. *Due sunt imagines hominis: una quam accepit à Deo factus in principio, sicut in Genesi scriptum est: Iuxta imaginem & similitudinem Dei; altera Choici, id est terreni, postquam propter inobedientiam atque peccatum eiectionis de paradiso assumptam eam, principis saeculi huius suas illecebras. Sicut enim nummus atque denarius habet imaginem Imperatorum mundi; sic qui facit opera rectoris tenebrarum istarum, portat imaginem ejus cujus habet opera.* Theophylactus, Euthymius, cap. 52. in Matth.

δυνατὶ δὲ οἱ μὴ φαρισαιο λαμβάνειν εἰς, &c.) Phariseos in omnibus consensisse Scribis, Scribas autem Traditionibus fuisse additissimos testificatur Epiphanius, Traditiones istae Judaicae, quae meræ nugae, & fabulae aniles fere erant, δυνάστες, & earum Doctores, δυνάστες appellabantur, ejusmodi erant Pharisei, ut hic Origenes tradit, & Hieronymus in Epistola ad Algasiam, & in Matth. 22. Talium δυνάστεων exemplum insigne habes, de manu lavatione, Matth. 15. 13. 2. A Doctores tradebantur pueris una cum Scriptura, atque earum observationi deditum se fuisse profitetur Paulus Gal. 1. 14. Ex iis orta Masora & Cabala: verisimile enim est huiusmodi Traditionum, quae circa Legis literam potissimum versabantur, affectatione Masorae initium Phariseos dedisse; quam artem in aliquibus utilem, vanam in multis & futilem alii subinde excoluere, & in immensum auxere. δυνάστεων quidem primos auctores facit Hieronymus R. Sammai, & R. Hillel, qui aliquot annis Christi ortum praecessere: earum postmodum patrocinium suscepit R. Akiba, alique deinde Ebraeorum magistri; à quibus demum in Thalmud relata & digesta sunt.

οἱ δὲ ἡρώδης οἱ εἰς τὸν νεμεζόμενον πᾶσι τοῖς πολέμοις βασιλικὴν ἰουδαίαν ἡρώδης ἀπλῆς ἱστορίαν λεγόμενον λόγον. Ita habebat C. H. at R. vocem, ἰουδαίων, expungit, quam nos retinendam, & pro, λόγον, legendum, λόγον, existimamus.

P. 485.

ἐν δυνάμει τῇ ἡμέρᾳ ποία; Opus imperf. καὶ τὸ ἐπαρξάμενον μὲν, καὶ ἐργασάμενον δὲ. Lego, καὶ τὸ μὴ ἐπαρξάμενον μὲν, ἐργασάμενον δὲ.

P. 486.

οἱ σαδδουκαῖοι μὲν λέγοντες μὴ εἶναι ὁράσαν, &c.) Origenes Homil. 39. in Luc. Josephus Antiq. lib. 18. cap. 2. & De bell. Jud. lib. 2.

cap. 7. Tertullianus De resurrectione, cap. 2. Philastrius Har. 5. Hieronymus in Matth. & adv. Lucif. cap. 8. Isidorus Origin. lib. 8. cap. 4. Johannes Damascenus de Haresib. Theophylactus in hunc Matthaei locum. ἐταυθῆ δὲ ἡ ψυχή, ὅπως τὴν ἀρετὴν ἥνι σαδδουκαίων ἐνίσχυον, & δυνάμειζον μὴ εἶναι τὴν ψυχὴν ἀθάνατον, ἀλλὰ πάντῃ διαφθερούσῃ, &c. Hic autem Dominus Haresim refellens Sadducaeorum, qui animam immortalem non esse sciscebant, sed penitus interire. Et in Marc. 12. ἐπιτα ὅτι οἱ σαδδουκαῖοι ἀπὸ τῆς ἥνι σώματος ἀναστάσεως ἀμφέκλινον, ὥστε καὶ ἡ ψυχή, ἥνι σώματος ἐπὶ ὅτι ζῶσι πᾶσι πᾶσι, καὶ ἡ ψυχή, ἥνι σώματος ζῶσι πᾶσι πᾶσι, καὶ ἡ ψυχή, ἥνι σώματος ζῶσι πᾶσι πᾶσι. Præterea quia Sadducae de resurrectione corporum dubitabant: ita ut Dominus de corporibus dixerit vivere illa apud Deum, non de animis. Hoc enim jam in confesso erat etiam apud carnales Sadducaeos. Nec desunt qui existiment hanc etiam de interitu animarum opinionem iis à Luca attribui Act. 23. 8. cum neque resurrectionem, neque angelum, neque Spiritum ipsos admittere scribit; spiritum nempe à morte supersistentem.

τὴν τῆς ψυχῆς ἡ μόνον ἀθανάσιον, ἀλλὰ ἐπιδημιολογῶν) Josephus lib. 2. De bell. Jud. cap. 7. ψυχῆς τε τὴν ἀθανάσιον καὶ τὰς κατὰ ἀνθρώπων τιμὰς, καὶ τὴν ἀθανάσιον (σαδδουκαῖοι) Anima perseverantiam, & pœnas in inferno, & premia tollunt (Sadducae). Alii quippe animam nunquam intermorituram; alii ad multa sæcula perseverantiam, alii statim post obitum perituram affirmabant. Male ergo quidam τὴν ἀθανάσιον, & τὴν ἐπιδημιολογῶν confundunt. Origenes lib. 2. contr. Cels. καὶ ἡ μάτην περὶ τῆς αἰωνίου ἀθανασίας αὐτῆς, ἡ καὶ τῆς ἀθανασίας, & lib. 3. ὅπως τὰ παρ' ἡμῶν & βαρβάρων ἐκ τοῦ αἰσθητοῦς λεγόμενα καὶ τῆς ἀθανασίας τῆς ψυχῆς, ἡ τῆς ἐπιδημιολογῶν αὐτῆς, ἡ τῆς τῆς ἀθανασίας. Animæ autem perseverantiam admittebant Stoici, immortalitatem negabant, καὶ δὲ ἀθανάτων ἐπιμνήσκοντες, φθαρτὴν δὲ ὑπάρχοντες. Laërtius in Zenone: κληθεὶς μὲν ἔν παλαιῇ ἐπιδημιολογῶν, μὲν τῆς ἐκπυρρίσεως (ψυχῆς) καὶ σπινθῆρος τῆς ἡρώδης μόνον Cleanthes quidem ad conflagrationem usque omnes perseverantias (animas) Chrysippus vero solum sapientum. Idem Aristoteli tribuunt φιλοσοφίαν Origeni adscripta, à nobis olim eω δυνάμει edenda: καὶ ἡ δὲ τὰ πλείστα τὰ πλάτωνι εὐμφορῶν: ἔτι, πάλιν τὸ καὶ ψυχῆς δόγματος: ἡ μὲν γὰρ πλάτωνι ἀθάνατον, ὅτι αἰσθητοῦς ἐπιδημιολογῶν, ἡ μὲν τὰ κατὰ ἀνθρώπων πᾶσι πᾶσι. Et in omnibus fere Platoni consentit, præterquam circa dogma de anima: eam quippe Plato immortalem esse vult; Aristoteles autem perseverare, tum deinde in quinto corpore evanescere. Huc facere videtur illud Irenæi lib. 2. cap. 64. Quomodo enim celum quod est super nos, Firmamentum, & Sol, & Luna, & reliqua

Hieronym. in 3. Esai. in Epist. ad Tit. & Ep. ad Alcas. quæst. 10.



stellæ, & omnia ornamenta ipsorum, cum ante non essent facta sunt, & multa tempora perseverant secundum voluntatem Dei: sic & de animabus, & de spiritibus, & omnino de omnibus his quæ facta sunt cogitans quis minime peccavit; quando omnia quæ facta sunt initium quidem facturæ suæ habeant, perseverant autem quoadusque ea Deus & esse & perseverare voluerit. Testatur pro his sententia etiam Prophetica spiritus dicens: Quoniam ipse dixit, & facta sunt; ipse mandavit, & creatæ sunt: statuit ea in seculum seculi. Et iterum de salvando homine sic ait: Vitam petiit a te; & tribuisti ei longitudinem dierum in seculum seculi: tanquam Patre omnium donante & in seculum seculi perseverantiam his qui salvi fiunt. Non enim ex nobis, neque ex nostra natura vita est; sed secundum gratiam Dei datur: & ideo qui servaverit datum vite: & gratias egerit ei qui prestat, accipiet & in seculum seculi longitudinem dierum: qui autem abjecerit eam, & ingratus extiterit factori ob hoc quod factus est, & non cognoverit eum qui prestat, ipse se privat in seculum seculi perseverantia. id est ἐνδιαμονῇ. Immortalitatem etiam τὴν ἐκ τοῦ θεοῦ Athenagoras appellat, libr. de resurrect., qua voce sæpe utitur toto hoc libro.

τὸ δὲ αὐτὸ τοῖς σαδδουκαίοις δέσμα φρονέει σαμαρῶν.) Hieronymus Dialog. adv. Lucifer. cap. 8. Quod Dosithæus Samaritanorum princeps Prophetas repudiavit. Quod Sadducai ex illius radice nascentes etiam resurrectionem carnis negaverunt. Origenes in Johan. 8. 48. Tom. 26. ἀλλοι δὲ διζήτησαι πῶς σαμαρεῖς τὸν μὴ ὄντα αἰῶνα ἀρνημένους, & μὴδὲ τὴν τῆς ψυχῆς ἐνδιαμονὴν ἀρνοῦντας, τὸν σωτῆρα ἐνέλημυσαι ἐπὶ πέν (σαμαρεῖς τιν) ἀλλοι δὲ ἀνὰ δόξαν, καὶ κρίσεις πλείους ὅσα διδάξαντα & Hom. 25. in Num. Vide item Epiphanium Hær. 11. quæ est Samaritanorum, cap. 2. & 3. Philastrium Hær. 7. & Johannem Damascenum De Hæresib.

τὴν ἐκ τοῦ θεοῦ ἐκκλησίαν πεπιστευμένον ἀνάστασιν.) Ita C. R. Legebatur autem vitiose in nostro Codice: τὴν ἐκκλησίαν πεπιστευμένον.

P. 487.

τῷ δὲ αὐτῷ ἡμεῖς ἐν τοῖς ἀποστολικῶν οὐκ ἐπινοούμεν κατ' ἀξίαν.) Etiam hiis consonant MSS. H. & R. hiulcum tamen esse locum manifestum est.

τῷ ἐν ἡσάμιν γινόμενον, &c.) Id extat Luc. 3. 6. Sic autem se habet Esaiæ locus 52. 10. καὶ ὁ λόγος πάντα ἀκούσας τῆς γῆς τὴν σωτηρίαν τὴν αὐτῇ τῷ θεῷ ἡμῶν.

τὸ δέσμα μὲν τὸ ἀναλόγῳ τῶν.) Ita Complutensis editio Job 19. 26. Sixtina: ἀναλόγῳ, quod malim; alioqui scribendum esset, ἀναλόγῳ.

ἀνδραγάλιν ἵστασιν ἀνάστασιν ὁρῶντα μέγα ἔχοντα, &c.) Falso & inepte credi putat Origenes hominum corpora pudendis fore instructa, cum resurgant; alii futurum existimant, ut viri omnes ac foemina: masculum sexum

obtineant, hoc Pauli loco inducti, qui habetur Ephes. 4. 13. His dogmatis hæsisse videntur præter Origenem, Hilarius Can. 23. in Matth. Athanasius Serm. 3. contr. Ariannos, Basiliius in Psal. 114. & Theodoretus: ταῦτα γὰρ τῆς διαίρεσεως ἐκείνης ἥτις ἐστὶν τοῦ θανάτου τῶν τελευτῶν ἡ φύσις: & mox: τοῖς δὲ γὰρ ἀθανάτοις γὰρ ἡμεῖς οὐκ ἐσμὲν, ἀλλὰ πάντες ἀθάνατοι. Hujus quippe distinctionis indigens est eorum natura, qui sunt sub mortis imperio: tum: His autem qui immortales facti sunt plane inutile est muliebris sexus. Sed hæc plenius tractamus in Origenianis.

Theodoret. Serm. 3. de Angelis, Diis, Dæmonibus.

ἀλλὰ & τὸ μετασχηματίζεσθαι, &c.) Cor. 2. 488.

porcos esse Angelos Patribus antiquis, ipsique adeo toti fere antiquitati persuasum fuit. Videnda omnino Actio 5. secundi Nicæni Concilii, ubi hæc esse Ecclesiæ Catholica sententia ex Basilio, Athanasio, Methodio, aliisque; contrariam autem Gentilium, docet Johannes Thessalonicensis. Videndus quoque Tertullianus De carne Chr. cap. 6. Constat Angelos carnem non propriam gestasse, utpote naturas substantia spirituales, & si corporis alicujus, sui tamen generis. Idem docet lib. 2. contr. Marcion. cap. 8. Epitoma è Theodoro: καὶ οἱ ἀγγελοὶ σαρκὰ ἐπὶ σὲν, ὁρῶντες ἡμῶν. Athanasius, sive quisquis auctor, est libri De communi essentia definit Angelum, ζῶν λογικόν, αἰῶνον, &c. quæ videntur sibi repugnare, nam si animal, ergo corporeum; si corporeum, ergo non expers materiæ. Attamen non repugnant, nam, αἰῶνον, & ἀσώματον differunt. Quintum elementum, seu ætherem αἶθρα esse dicebant Peripatetici; Deum autem ἀσώματον atque item animam. Angelus ergo, juxta Athanasium, ejusdem fuerit substantiæ ac æther, corpore, non materia constans: atque item juxta Casarium qui Dial. 1. Interr. 48. Angelos quidem αἰῶνας esse dicit, sed non ἀσώματους. Corporeum ergo magis accedit ad spiritale, quam materiale, contra opinionem eruditissimi cujusdam Theologi. Augustinus Epist. 115. ad Nebrid. & in 2. De ordine, & libr. 3. De Genes. ad litter. cap. 10. æthereos & æthereos animantes Angelos & Dæmones esse dicit; quamquam idem libr. 21. De Civit. Dei, cap. 10. unicuique suum de eare judicium permittit. Gregorius Papa Hom. 10. in Evangelia Angelum qui nascente Christo Pastoribus apparuit, animal rationale appellat. Legendus idem libr. 2. Moral. cap. 2. & Comment. in 1. Reg. Apuleius libr. de Dæmone Socratis decernit Dæmones esse genere animalia, animo passiva, mente rationalia, corpore æthereo, tempore æterna. Et novissime Cajetanus in cap. 4. Genes. & in cap. 2. Epistol. ad Ephes. ubi Dæmones corpore constare definit. Atque hæc in Origenianis excutuntur.



ἰσθία ὅτι τα ῥη ἀληθινὰ σώματα αἰσθητὰ καὶ ἄρρη-  
τα ὅτι φῶς) Origin. lib. 1. c. 4. ἀρχ. c. cap. 6. Alius  
forte sic dicit quoniam in illo fine omnibus sub-  
stantia corporalis ita pura erit atque purgata, ut a-  
theris in modum & caelestis corpusculi puritatis  
atque sinceritatis possit intelligi. Certius tamen  
qualiter se habitura sit res scis solus Deus, & si  
qui ejus per Christum & Spiritum sanctum ami-  
ci sunt.

ἡτοιμασθαι ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, ἀνθρώπων πα-  
τε ὄντες, &c.) Hæc omnia ab Origene pro-  
poni, non afferi ex sequentibus satis liquet.  
Supra autem ad pag. 291. & 345. in Marth.  
observavimus Angelos, juxta Origenis do-  
ctrinam, hominum quæ sancti olim futuri  
sint, corporibus innecti, & de cælo relinqui-  
rum hominum animas depromi. Huic sen-  
tentie confectatiorum illud est, Angelorum  
naturam induere posse homines, qui antea-  
tæ vitæ recte factis, & virtutibus patrio suc-  
cedere cælo, & sublimiorem statum conse-  
qui meruerint. Aliquos autem solum Ang-  
elos, non omnes, fuisse homines intellexisse  
Origenem putandum est, si modo eum non  
stupidum prorsus, suorumque ipsius dog-  
matum parum memorem fuisse censemus.  
Ceterum hanc doctrinam apud Epiphani-  
um Hæz. 64. cap. 33. & seq. & Hieronymum  
Epist. ad Avit. c. 7. & Apolog. 1. adv. Rufin.  
cap. 6. non perfunctorie castigatam reperies.  
Eam nihilominus Hæretici quidam subinde  
amplexi sunt, illosque propterea Pseudo-  
pneumones fuisse dictos testatur Auctor  
Prædestinati quæ edidit Sirmundus, Hæz. 78.

ἀποβήσας ἑλθὺν πάλιν τοι γράφω) C. R. πῶς  
 ὁρῶσα:  
 εἰ δὲ πάλιν ἰδῶσα ἀποβήσεται τὴν ἐπιστολὴν) Jacobi,  
 Judæ, Petri secundam, & Johannis  
 postremas duas Epistolas, & Canonice fuisse  
 expunctas docet Eusebius Histo. Eccl. lib. 3.  
 cap. 25. ἡ δὲ ἐντίτυπομένην, γινώσκοντες δ' ὅτι ὁμοῦς  
 τοῖς πῶλῶσι, ἡ λαομαρὶν ἰακώβου φέρεται, καὶ ἡ ἰδῶσα  
 τὴν πύρρον συντερεῖ ἐπιστολὴν, καὶ ἡ ὁραματισμένη συν-  
 τερεῖ καὶ τῆσιν ἰωάννου. Item lib. 6. cap. 14. & Hie-  
 ronymus lib. De Scriptor. Eccles. in Iuda:  
 Iudas frater Jacobi parvū quidem quædæ septem  
 Catholicis est, Epistolam reliquit, Et quia de li-  
 bro Enoch, qui apocryphus est, in ea assumit testi-  
 monium, à plerisque rejicitur; tamen auctori-  
 tatem vetustatis ejus & usum eruit, & inter S.  
 Scripturas computari, & sacrosanctam aucto-  
 ritatem habere. Eam admittit pater Origenes  
 Hom. 13. in Gen. Pueri sunt Isaac, Matthæus,  
 Marcus, Lucas, Iohannes, pueri ejus sunt Petrus,  
 Iacobus, Iudas: puer ejus est & Apostolus Paulus,  
 qui omnes Novæ Testamenti putesos diademat. &  
 Hom. 7. in Ios. Sacerdotalis tuba primus in E-  
 vangelio suo Matthæus increpuit. Marcus quo-  
 que, Lucas, & Iohannes, suis singulis tubis sacer-  
 dotalibus cecinerunt. Petrus etiam duabus Epi-  
 stolarum suarum personat tubis. Iacobus quoque

& Iudas, Item in Marth. 13. pag. 223. & ἰδὼς ἡ  
 γραφὴν ἐπιστολὴν ὀλιγόστιχον μὲν, πεπληρωμένον  
 τῆς ἐρανίης χάριτος ἐρωμένων λόγων.  
 ὅτε ὁ Θεὸς ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ἡμῶν

cuti fumus C.R. sic autem H. ὅτι ἐξ ἑαυτοῦ  
λόγον αὐτοῦ ἐφύζοντα τῇ ἐκδοχῇ τῶν γράμματος  
λένται, ubi non dubito quin aliquid fuerit  
pratermissa, Legendum forassee ἀποφασί-  
χαι λόγον αὐτοῦ καὶ ἐφύζοντα τῇ ἐκδοχῇ τῶν γράμ-  
ματος ἀλλὰ πάντα ἀποφασίχαι, \*\*\* καὶ τῇ ἐκδοχῇ τῶν  
ἀτομῶν γράμματος ἰταλικά, καὶ ἐκδοχῇ τῶν καὶ ἑκ.  
Atque hancleioneem in interpretatione  
nostra expressimus. Vetus Interpr. *Quand*  
*insuscipit verbum, quod non appropinquat omnino*  
*Legi priori, necesse secundum sensum qui, sed*  
*omnino habetur extraneum.*

ὑπὸ τῆ λέγου φάσκοντες πρὸς αὐτὸν) C. R. ὑπὸ  
τῆ νόμου.

ὅτι δεύτερον ὁ ὡς ἀνθρώπος ἀνέμασα) Vocula  
 ὁ, hic παρέλειψ, & expungenda est.  
 εἰς τὸν ἐκκείμενον) C. R. τύπον.

οὐκ οἶσιν οἱ ἀπὸ τοῦ ἀρίστου Infra: τί ἐστι μὴ ἐστὶ  
μὴ ἐστὶν οἱ ἀπὸ τοῦ ἀρίστου καὶ τὸ κατὰ τὴν ἐκ-  
δοχὴν αὐτοῦ, ὅ ἐστι τὰς ἀρίστης λόγος καὶ ἐκδοχὴς  
τὴν τιμὴν ἀνασφινγόντων τὸν ἀπὸ τοῦ ἀρίστου παρὰ τοῦ  
& paulo post: πᾶς ὅ ἐστι ἀρίστης, μάλιστα καὶ ὁ  
κατὰ τὴν ἐκδοχὴν τοῦ νόμου ἀπὸ τοῦ ἀρίστου  
χωρὶς ὅσων, &c. Simonianis autem, Satur-  
nilianis, Cerdonianis, ac potissimum Mar-  
cionistas perfringit, qui Deum malum, Cre-  
atorem, Legis autorem; bonum autem  
Christi patrem esse definebant; ideoque  
Legem ac Prophetas repudiabant.

καὶ τὸ τιτῶδες ἐκ τοῦ ὀνόματος) C. H. G. H. 1. 46  
quemadmodum supra p. 466. τιτῶδες po-  
situm observavimus pro, τιτῶδες.

τὸ χεῖρον τῆς τῆς, &c.) Legendum: τὸ χεῖρον  
τῆς τῆς, &c.

τῆς θῆς τῆς αὐτῆς θύτης) Ita C.R. at H. ἡ-  
στως. Malim, ἡνστος, & paulo quoque su-  
perius: διακρινόμεναι παρὰ ἡμῶν, & mor:  
ἡνστος: δι' ἑρὸν ἡν, & iterum inferius: ἡν-  
τῶθα θῆς γέννησιν ἡσία ἡν, & aliquanto post:  
παρὰ τὰ ἡνστος ἀποδύσας. Sed fortasse  
ἡσίων, & ἡνστων confuderit Origenes.

καὶ ὁμοίως ὅτι μὴ ἀνασκαίου ἐν τῷ αὐτῷ  
 ἔθνη· καὶ οὐκ ἔστιν ἀνασκαίου·) Duplex cir-  
 currectionis forma: alia ἀνασκαίου ὅτι θαλάσ.  
 Luc. 14. 14. quæ & ἀνασκαίου καὶ, & ἀνασκαίου  
 ἀπορί, Apoc. 20. 5. alia, ἀνασκαίου νεκρί, αἱ  
 Iohann. 5. 29. quæ & ἀνίσταται· ὁμοίως· Apoc.  
 20. 14. & ἀνασκαίου ἀδύναμι, Αἱ. 24. 15. U.  
 tramque resurrectionem expressit Daniel,  
 cap. 12. 2. Et multi de his qui dormiunt in  
 terra pulvere evigilabunt, alij in vitam æ-  
 ternam, & alij in opprobrium, ut videntur semper.  
 Origenes lib. 28. in Isaiam: Licet ergo omnes  
 resurgant, & unusquisq. in suo ordine resurgat,  
 considerandum est tamen propter illi sermonem



Johannis, quem in Revelatione sua dicit: Beatus qui partem habet in resurrectione prima; in hoc secunda mors non habet potestatem; ne forte dividi omnis resurrectionis ratio in duas partes possit, id est in eos qui salvandi sunt justos; & in eos qui cruciandi sunt peccatores: ut sit una quidem bonorum, quæ dicitur prima; illa vero quæ est miserorum, secunda dicatur; & illam quidem in omnibus puram, hilarem, totius plenam letitiæ; illam vero alteram totam tristem, totam maroris plenam. Representat hunc locum Pamphilus in sua Apologia.

Gennad. De  
dogmat.  
cap. 6.

Quintemiam discimus ex Gennadio existimasse nonnullos duplex futurum resurgendi tempus; ac priore loco fuscitatum iri justos, secundo peccatores. Erit, inquit, resurrectio mortuorum omnium hominum, sed una, & insimul, & semel. Non prima justorum, & secunda peccatorum, ut fabula est somniorum; sed una omnium. Duplicem quoque resurrectionem commemorat Augustinus libr. 20. De Civit. Dei, cap. 6. aliam quæ nunc est, animarum videlicet, quæ a peccatis per poenitentiam resurgunt, atque illam esse ἀνάστασιν πνεύματος, de qua Apoc. 20. 5. aliam quæ futura est, corporum nimirum, quæ in postremo judicio a mortuis resurgent. At cap. 21. libri ejusdem resurrectionem justorum ab impiorum resurrectione fecernit. Sed & ἀνάστασις mortis æternæ ac damnationi nonnunquam opponitur. Fidem faciunt hæc Isidori Pelusiota verba: ἰσχυρὸν δὲ φησὶν οἱ ἅγιοι, ὅτι ἡ μὲν ζωὴ αἰώνια ἡ ζωὴ τοῦ ζῶντος, ἡ δὲ ζωὴ αἰώνια κακῆς, ἡ ζωὴ τοῦ περὶ τὸν πόλεμον. Ego vero dico tibi animam quæ bene vixerit, in resurrectionem ituram vitam; quæ vero male vixerit, in ignem æternum abituram: & illa Lactantii libr. 7. Divin. Instit. cap. 21. Tunc quorum fuerit probata justitia, hi premium immortalitatis accipient: quorum autem peccata & scelera detecta fuerint, non resurgent; sed cum impiis recondentur in eadem tenebras, ad certa supplicia destinati. ἀνάστασις itaque simpliciter eo sensu verisimile est ab Origene hoc loco usurpatam, quatenus mortis æternæ opponitur: futurum enim ut impii quoque resurgant ipse agnoscit supra in Matt. 18. p. 323. εἴποιοι δ' ἂν τις καὶ οἷα πότμον ὅτις, ἡ ἐσχατὴ ζωὴ, ὅτις τὸ ἐσχατὸν φάσις οὐκ ἐστὶν κατὰ τὴν ἀνάστασιν, ὅτι τὴν ἀνάστασιν ἡ κατὰ πορνείαν καὶ τὴν ἀβύσσον, &c. & libro 2. De resurrectione: Sane qualis fuerit uniuscujusque præparatio in hac vita, talis erit & resurrectio ejus. Qui beatus hic vixerit, corpus ejus in resurrectione diviniore splendore fulgebis. & apta ei mansio beatorum tribuetur locorum. Huic vero qui in malitia consenserit tempus sibi vite præsentis indultum, tale dabitur corpus quod sufficere & perdurare possit in pænis, &c. Idem quoque falius declarat libro 5, contra Celsum, & eandem hanc ipsi sententiam asserit

Pamphilus in Apologia; cum enim in quaestione de futura mortuorum resurrectione jam inde à vetustis temporibus multa peccasse dictus sit Origenes, & in nefarias ac à communi Orthodoxorum sensu discrepantes sententias incidisse; ab hac ipsum suspicione prohibere conatus est Pamphilus. Epiphanius autem Har. 64. cap. 10. quamvis Origenem inducat resurrectionem impugnantem; cum iis tamen eum committit, qui ex his Psalm. 1. verbis, Propterea non resurgent impij in judicio, resurrectionem malis abjudicabant. Ceterum hæc in Origenianis expendimus.

ἀλλὰ ἀνάλογον τῷ καὶ τὸν σωτῆρα διὸν ὅτι τὸ θεῶν, &c.) Hæc dura sunt; quæ tamen emolliiri, & commodius explicari queant, si ad vocem, ἀνάλογον, attenderimus. Non enim divina huic generationi parem ullam esse vult Origenes, sed affinitates illas & agnationes quæ in cælo obtinebunt, sacrosanctæ Verbi generationi in eo similes esse dicit, quod utraq; sine ulla genitalium membrorum opere administrantur; quas aliqui dispares utque quæque agnoscit Sententiam hanc suam lib. 1. De princip. cap. 2. disertè explicat, *Infundum autem est, inquit, & illicitum, Deum Patrem in generatione unigeniti Filii sui, atque in substantia sua ex æquare alicui vel hominum, vel aliorum animantium generanti; sed necesse est aliquid exceptum esse, Deoque dignum, cui nulla prorsus comparatio, non in rebus solum, sed ne in cogitatione solum, vel sensu inveniri potest, ut humana cogitatio possit apprehendere quomodo ingenuus Deus efficitur. Pater unigeniti Filii: & lib. 1. in Matthæum, apud Pamphilum in Apolog. Dubium non est quod nativitas ejus non est talis, ut quasi qui ante non fuerit, esse cœperit, sicut de nativitate hominum putatur: & libr. 5. in Johann. ex eadem Pamphili Apolog. Qui licet non ex sanguinibus, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt; non tamen ea nativitate sunt, qua natus est unigenitus Filius.*

καρὸς τὸ τὴν αἰὲν τῶν αἰώνων, &c.) Valentinum P. 496. suggillat:

καρὸς τὸ τὸ ζῶντος τῆς ζωῆς, &c.) Origenes Hom. 39. in Luc. eandem proponit quaestionem, quam alia responsione dissolvit: tu locum consule.

ἀλλ' ὅτι ἀναστρεφόμενοι τοῖς ἐν ἐρανοῖς ἀγγέλοις) Deest aliquid: fortasse, ὁμοιωθῆσμεν, vel, ὁμοίαν ἰσομένων, vel aliquid ejusmodi. Vetus Interpres: hominibus videlicet factis in similitudinem Angelorum.

ἀναστρεφὲν ἐφ' ἑαυτὸν τὸν σωτῆρα) Vellege: in autem, P. 498. vel quod malim, quodque Veteri Interpretationi consonat: δυνάμει δὲ τῆς λέξης τὸ μυστικὸν δυνάμιν τὸ θεῶν εἶναι λέγει τὸς ἐσχατὰς ἀναστρεφὲν ἐφ' ἑαυτὸν τὸν σωτῆρα.

καὶ ὡς περὶ πλαιῖον εἰ δὶδ, &c.) Cerinthianos intellige de quibus Eusebius, & Epi-



phanus. Vel intellige Chiliaſtas, ſive Chilionetitas qui ortum à Papia S. Johannis diſcipulo traxerunt. Hi ſanctos poſt reſurrectionem cum Chriſto mille annis regnatos, & corporeis voluptatibus fruituros credebant, hoc Johannis decepti loco qui habetur Apocal. 20. 4, 5, 6. Vide Philaſtrium Har. 59. Origenes quidem pari futuros impios cum ſanctis conditione cenſuit, poſtquam diuturnis poenis fuerint exerciti, & Gentium plenitudo advenerit, ſed neque certum tempus præſixit ullum, neque corporeas illas poſt hanc vitam delicias agnoſcit; ideoque inter Chiliaſtas immerito à nonnullis refertur.

σωστας ἡμᾶς καὶ τοὺς ἀγαθούς (C. H. ἀγαθούς R. ἀγαθούς.)

P. 499. καὶ εἰς τὸν ὃ φησὶν ὅτι μύρια δυνάμεις, &c.) Hilarius Can. 22. in Matth. Hieronymus.

### IN IOHANNEM.

P. 3. οἱ μὲν πλείους τὰ πολλὰ τοῦ βίῳ ὁρῶντες) Male Perionius hujus libri Interpres: *Plurimi quidem qui vitam in otio degunt*: melius Ambrosius Ferrarius: *Complures majori ex parte in vita tuenda occupati*: hoc eſt, ad mortalitatis hujus vitæ negotia attenti, ἑμπεπισμύνοι τοῖς τῷ βίῳ παρασκευαίαις, ut loquitur Apoſtolus 2. Tim. 2. 4. βίος non vitam ſolum ſignificat, ſed ea etiam quibus vitam toleratur.

καὶ ἐν βραχείῳ τὸ διαπαιτυμένον τῷ θεῷ ᾑσθόντες) Perionius vertit: *divinumque cultum exiguo tempore teneant*, incepte: optime Ferrarius: *et paucis cultores Dei nutriunt*: hoc eſt, pauca ad alendos Dei miniſtros conferunt: ex iis enim quæ Deo populus offerebat,alebantur Levita.

ἀφ' ἧς ἡμᾶς λαβόντες φάμεν) Fugit captum Ferrarij, & Perionij vocis hujus, λαβόντες, ſignificatio. Verte; *inde arrepta occasione dicimus*: λαβάνον enim hoc loco eſt, ἀφορμὴ λαμβάνειν. Unde, λαβὴ, ἀφορμή. Heſych.

ἀπαρχὴν ἐν παλαιῶν ἐξ ἧς, &c.) Nimirum poſtquam Antiochia redijt, quo à Mammæa Alexandri Severi matre fuerat accerſitus. Tunc enim Commentariis illuſtrare Scripturam exorſus eſt. Id vero munus Achæico itinere intermiſſum reſumſit Alexandriam denuo reverſus: ut fuſius in Origenianis oftendimus.

P. 4. καὶ δὲ ἡμᾶς εἰδέναι ὅτι τοῦτον ἔη, &c.) Quæ πρὸς τὸν ἡμᾶς Origenis, & LXX. Interpretes appellant, dicuntur Ebraeis מְבָרָכִים, eaque è frugibus integris, necdum elaboratis Deo offerenda excipiebantur, neque magna copia, neque certa. Offerebantur autem feſto primitiarum tempore, ἀπὸ τοῦ

πάντων καρπῶν, juxta præceptum Exod. 23. 16, 19. Eoram vero offerendorum ritus traditur Levit. 2. 14. At ἀπαρχὴ Judæis ſunt מַנְחָה, quæ ex univerſis frugibus jam elaboratis ſepoſitæ, Sacerdotibus tradebantur ea copia; quæ amplior eſſet ſexageſima parte, minor quadrageſima. Ut ex omnibus igitur frugibus excernerentur Therumoth, fruges univerſas jam ante collectas eſſe oportuit, quod contingebat in feſto Pentecoſtes, ut eſt Levit. 23. 15. Num. 28. 26. Deuter. 16. 9, 10. Sunt qui primitias novorum fructuum oblatas volunt menſe Tiſri, feſto ſcenopegia. Nam tum univerſos fructus fuiſſe collectos intelligitur ex Exod. 23. 16. & Levit. 23. 39. Atqui de fructibus quoque dabantur Therumoth; Num. 18. 13. Deuter. 18. 4. & 26. 2. Igitur data illa ſunt poſt collectionem fructuum, hoc eſt menſe Tiſri, in feſto Tabernaculorum. Atque hanc primitiarum oblationem videtur reſpexiſſe Origenes, cum ait, καὶ τὰς πάντα καρπὸς ἀνθρώπου ἀπαρχή, nam ante ſcenopegiam univerſi fructus, uvæ puta, & oleæ, neutiquam potuerunt eſſe collectæ.

λεκτίον ἡτοῖον, ἐν ſοφῶν, ἐν ῥησὶ, &c.) Peſſime hæc à Perionio accepta ſunt, neque ſatis bene à Ferrario. Verte: *Dicendum ſane eſt eorum qui ſapientes, et in Chriſto auxilium naſci ſunt, et in his prædictis Epistoſis, quoſidem mereantur, indigent teſtimoniis quæ in Legalibus et Prophetiſis ſcriptis continentur, hanc eſſe mentem, ut ſapientia quidem plena, et credibilia, et vehementer ſancita Apoſtolica eſſe dicant, ſed iis neutiquam conſimilia*: Hæc dicit Dominus omnipotens.

καὶ τὸν ἀποστολὴν) Ita C. R. & Ferrarius. Perionius tamen legit, τὸν, cui nos aſſentimur.

ἀλλὰ καὶ ἀποκριθεὶς) Retinendum illud, καὶ, quod prætermiſerunt Ferrarius, & Perionius.

πᾶσα δὲ ἡ καὶνὴ, τὸ εὐαγγέλιον ἐστὶν) Adnotavimus ſupra Pauli Epiſtolas Evangelij nomine affici.

μὴ καλῶς διδάσκαλον ἐπὶ τῆς γῆς) Locushabetur Matth. 23. 8. ubi pro, καὶ θρηνητής, exemplaria quædam habent, διδάσκαλοι. Hunc autem verſum cum ſequenti confudit Origenes.

καὶ τὰς ὑμῶν ἐπὶ αὐτῆς διδάσκει) Origenes 2. 6. Tom. II. in Matth. p. 223. & Homil. 7. in Luc. Debemus in hoc loco ne ſimplices qui que decipiuntur, ea quæ ſolent Heretici opponere confutare: in tantam quippe neſcio quis prorupit inſaniam, ut aſſereret negatam fuiſſe Mariam à Salvatore, eo quod poſt natiuitatem illius junctæ fuerit Joſeph: & paulo poſt. Porro quod aſſerunt eam nupſiſſe poſt partum, unde approbet non habent: hi enim filij qui Joſeph dicebantur, non erant orti de Maria, neque eſt ulla Scriptura, quæ iſta commoveat.



movet. Addit adoram Genebrardus: *Helvidius post Origenem hanc heresim tenuit*; quo nomine cum carpit eximius temporum notitiorum Theologus, quasi priorem hujus Hæreseos assertorem Origenem, posteriorem Helvidium crediderit. Quod non ita est; id enim sibi voluit doctus Genebrardus, post Origenis aetatem exortum Helvidium, qui hoc dogma propugnavit. In eo certe errore fuisse Tertullianus creditur, eumque duobus locis prodidisse, libro De monogamia, cap. 8. & lib. De carne Christi, cap. 7. sed obscure, neque satis aperte. At clare eum cum aliis professus est Apollinarius, teste Epiphano, qui Antidicomarianitas eos appellat. Post Apollinarium eadem vāsanā laborarunt Eunomius, Helvidius, Iovinianus, & Bonosus. Sed hanc Hæresim luculento adversus Helvidium opere contrivit Hieronymus.

Epiph.  
Hæc. 77.  
cap. 26. &  
Hæc. 71.  
cap. 1.

P. 7.

ἐὺσεβήλιος ἐστὶ καὶ \* \* \* ἀρετῆς. ) Ferrarius: *est Evangelium quamvis ex, &c.* legebat, καὶ ἄν ἀρετῆς. ) Hæc asterisco illustranda esse sine causa credit Perionius, nihil enim deest. Sic autem fuerat convertenda: *Quum enim unumquodque Evangelium sit concervationis nuntiorum utilium ei qui fidei adiungit, neque præter germanam sententiam intelligit, & emolumentum adferat, iure merito utilitatem parit.* Vocem hanc, παρεκδιζαμένην, neque Ferrarius, neque Perionius affecti sunt: ea usus est Origen. in Matth. 19. & voce item, παρεκδιζαμένην.

P. 8.

ἐν τῷ ἱεροῦ σαμαρετῶν προκειμένη ) Deest, ὁρῶ. καὶ ὅτι τοῦτο ἐστὶν ) Ita legimus, secuti Regij Cod. apices, & Ferrarij ac Perionij interpretationem.

P. 9.

καὶ μὴ δέπω ἐπὶ τὸ πλῆρωμα ) Hæc ita emendavimus, vestigiis harentes Codicis Reg. qui habebat, καὶ δέπω, & interpretationi Ferrarij, & Perionij.

P. 10.

καὶ τὴν πῆλιν ἐν ἱεροῦ ) Ita C. R. quem secutus est Perionius. Ferrarius autem videtur legisse, πῶς ἐσαν ἱεροῦ, & recte quidem, mea sententia.

R. habet, καὶ τὸ ἐπὶ τῷ, quod secutus est Perionius.

καρομένῃ ἢ ἢ ἐν τῇ ὁδῷ ) C. R. καρομένην ἢ ἐν τῇ ὁδῷ. Leges: καρομένην ἢ ἐν τῇ ὁδῷ, ὡς ἐλάλει ἡ μὴ τῇ ὁδῷ. Luc. 24. 32.

τὸ ὁρατὸν καὶ ἐν καρτῷ γινόμενον, &c. ) Favet illud eorum conjectura, qui Rom. 10. 15. ὁρατὸν πείρας exponunt, *maturus, tempestivus*; commodo sane sensu, sed cui repugnat vox, καὶ Ελαί. 53. 7. quæ, *decoros, & speciosos*, significat: repugnat & Syri, & Arabis, & Ionathanis expositio: repugnat & ipse Origenes infra, & libr. 8. in Epist. ad Rom. ubi ad pulchritudinem refert.

ὁδόντων τὸν ἐπὶ τῷ ἐξ ὁδοῦ εἶμι ἢ ὁδοῦ ) Hic parum vidit Ferrarius; plane autem cæcutivit Perionius. Verte: *in eo iter facientium qui dixit, Ego sum via*: cum recte enī dicatur: ὁδόντων τὸν ἐξ ὁδοῦ, hic dixit: ὁδόντων τὸν ἄλλων, quia Christus est ὁδός. Origen. infr. in Joh. 13. 7. ἐπὶ τῷ ὁδόντων τῷ ἐξ ὁδοῦ, καὶ ὁδόντων τὸν ἐπὶ τῷ τὸ ἐξ ὁδοῦ εἶμι ἢ ὁδοῦ.

ἐξ τῶν πατέρων τῶν ὁλῶν θεῶν ) Ferrarius: *cum Patre*; perperam. Verte, *secundum Patrem*, post Patrem. Vnde locum hunc conciliare poteris cum illo altero Tomi octavi contra Celsum: ἵνα δὲ τινες, ὡς ἐν πῆλιν πεισυνόντων, & δεχομένων ὁδοῦ, καὶ τὴν προπύλαιαν ἱεροῦ, τὸν ὁδοῦ τὸν ἐπὶ τῷ πατρὶ θεῷ ἄλλ' ἢ τῷ ἡμῶν τοῖς, οἱ περὶ ὁδοῦ αὐτὸν ἐλθόντες, ὁ πατὴρ ὁ πέμψας καὶ μὴ ἔσθ' ) Supremum universorum Deum Filium non esse affirmat, sed Patrem: Filium vero universorum quidem Deum esse, sed post Patrem. Quæ quamvis male sonent, excusari tamen possunt, si omnia Filium à Patre accepisse meminerimus, ac proinde se esse universorum Deum Patri acceptum referre. Primo ergo & per se universorum Deus est Pater, quia à se Deus est: Filius secundo & per alium est universorum Deus, quia habet à Patre sic tanquam ab origine & principio ut sit Deus: est enim Deus de Deo, ut habet Symbolum. Sed hæc alibi.

παύσαι δὲ δὴ τὸν τοῦτον, &c. ) Locum huic sanaveris, si legeris: καὶ δὴ τὸν ὁδοῦ ἐξ ὁδοῦ τῶν γεγραμμένων, quemadmodum videtur legisse Perionius, ejus interpretationem Ferrarianæ hoc loco prætulim: sic enim se habet: *Ex his ergo licebit intelligere ea quæ de eo scripta sunt, & vix enumerari possunt probando Iesum bonorum esse multitudine: atque ex his quæ ægre enumerari possunt, & scripta sunt, conlecturam accipere de iis quæ in ipso quidem insunt.*

ἐπὶ γεγραμμένων περὶ γεγραμμένων ) C. R. περὶ γεγραμμένων.

τὴν ἀρτὴν τὰ ὅρα ἐφ' ὅ, &c. ) Hæc male reddita sunt à Ferrario. Rectius Perionius: *Qui enim montes sunt, in quibus ipse qui loquitur inesse fatetur?*

ἐκ τῶν γεγραμμένων ἐκ τῶν γεγραμμένων ) &c. ) ἢ δὲ ἄλλων, M



prætermisit Ferrarius; quod tamen retinendum erat. Pro, δυναμῆος, habebat C. R. δυναμῆος. Aliam interpunctionem secutus est Perionius, quæ nobis minime probatur.

P. 13. ὅτι πᾶς ὁ τῷ ἰσοῦ προσδότης ἔστι, &c.) Legendum fortasse: ὁ τῷ μαθητῇ τῷ ἰσοῦ προσδότης: quemadmodum Ferrarii, & Perionii interpretatio, & ipsa sententia postulant.

P. 14. πᾶς ἡ ἀρχὴ τῶ ἐναγγέλιον, &c.) Origenes lib. 2. contr. Cels. τί δὲ ἄτοπον, τὸ ἀρχὴν τῶ ἡμετέρου δόξματος, εὐτίστι τῶ ἐναγγέλιον, ἢ νόμον; &c.

ἔθεν θαυμάζω μοι εἶπαι, &c.) Hæc sunt & Basilidianorum, Valentinianorum, Cerdonianorum, Marcionitarum, aliorumque huiusmodi Hæreticorum Theologia. Quod supra sæpe notavimus.

ἀλλὰ γὰρ ἐπὶ τὴν ἐκείνους, &c.) Hic suam de poenis Damnatorum sententiam non obscure declarat Origenes, de qua superius à nobis non semel actum est.

ὅστις ἐν τῇ δόξα καλῶς ὁ τῷ θεῷ ἰσάμενος) Vides Apocalypsim Johanni Apostolo tribui, contra Marcionistarum opinionem. Ita supra in Matth. 20.

P. 15. καὶ φυλάξω, καὶ σώσω) Perionius: & præsidio. Lege, φυλάξω, quemadmodum habent universa Apocalypsicæ exemplaria.

καὶ ἐν τούτων τῶν μὴ ἀντιπροσέχων δυναμῶν, &c.) Aqua hic hæret Ferrario, & Perionio. ἀντιπροσέχης quid sit, notum; solers ingenio & acutus: ἀντιπροσέχης, è contrario, bardus & stipes. Verte ergo: Cum hæc autem jam satis dicta sint, atque inde similia ex Scripturis colligere possint qui minime stolidi sunt & rudes.

P. 16. ἐν τῇ λειτουργίᾳ δόξα καλῶς ἔσται, &c.) Vocem hanc, δόξα καλῶς ἔσται, existimavit Ferrarius Scripturæ sacræ peculiarem esse; sed alicubi etiam apud Scriptores τὰς ἐξωθεν reperiri observatum est. Hic quoque suam Origenes de futura Damnatorum salute opinionem prodit. Porro quam hic in Dei cognitione, & contemplatione beatitudinem ponit, eandem alias in Dei similitudine collocat, nonnunquam & in eo sitam esse vult, unum cum Deo effici, quemadmodum demonstramus in Origenianis, ubi De poenis & præmiis differimus.

καὶ ἐν κοινήσει ἡ, τὸν πατέρα) Ita legerunt Ferrarius & Perionius. C. R. habet, καὶ ἐν κοινήσει, ἡ τὸν πατέρα.

βέλτιον δὲ, ὡς πρὸς τὸ δυνάμει, &c.) Alia proponit Origenes Hom. 1. in Genes. Cum enim ea qua facturus erat Deus, ex spiritu constarent & corpore; ista de causa in principio & ante omnia cælum dicitur factum, id est, omnis spiritalis substantia, super quam velut in Throno quodam, & sede Deus requiescit. Nec satis liquido tempus quo creati sunt Angeli cognoscere

se proficitur Proœm. libr. de Princip. Est etiam illud, inquit, in Ecclesiastica prædicatione esse Angelos Dei quosdam & virtutes bonas quæ ei ministrent ad salutem hominum consummandam: sed quando isti creati sunt, & quomodo sint, non satis manifeste distinguitur.

καὶ ἀνακαίον ἐπὶ τοῖς αἰ, &c.) Hic operam suam Ferrarius abutitur. Probe Perionius: Scien- dumque est necessario, cum sancti vitam omnis materia corporisque experient in beatitudine traducerent, num is qui Draco appellatur postea quam a vita pura excidit, dignus fuit qui ante omnia in materia & corpore ligaretur. Notandum hic porro Angelis corpus & materiam detrahi ab Origene, quam iis in Matth. 22. circumposuit: sed hæc proponit, non asserit.

καὶ ἡ ψυχὴ τῶ ἡλίου ἐν σώματι) Syderibus vi. P. 17. tam non uno loco tribuere Origenem, idemque olim multis fuisse persuasum è Pamphilo supra docuimus ad Origen. Comment. in Matth. 18. Vertit Ferrar. Elie, sed nullo sensu.

παρὰ τοῖς ἀγγέλοις αὐτῶν ἐπιστάμενος) Marcionistis.

ἡ ἀπὸ τῶ μαθητῆος) Corrupta hæc Cod. Re. P. 11. gij Scriptura Perionio fraudi fuit, ut totum hunc locum pro more suo corrumperet. Lege, καὶ ἀπὸ, ita ut legit quoque Ferrarius.

δημιουργὸς δὲ ὁ χριστὸς αἰς ἀρχὴν, &c.) Hic Origenem castigat Petavius lib. 1. de Trinit. cap. 4. n. 4. & lib. 6. cap. 3. n. 6.

τὸ λόγον λαμβανόμενος) Aludit ad alteram λόγου P. 19. notationem, qua, ratio, significatur.

καὶ λεκίον ἐπὶ κήρας, &c.) Locum integrum sic restituo: καὶ λεκίον ἐπὶ κήρας, ἢ ἑτάς ἐπὶ τοῖς ἐμψύχοις σοφίαν ὁ θεὸς αὐτῇ ἐπέθηκε. καὶ τῷ ἐν αὐτῇ. Consentit Ferrarii interpretatio. Misere autem hic se jactat Perionius; sic enim legit: καὶ λεκίον ἐπὶ κήρας ἢ (id est ἰσοῦ) ἑτάς, ἐπὶ τοῖς ἐμψύχοις σοφίαν, &c. Vide quæ ad hunc locum notata sunt ab eruditissimo Petavio, lib. 1. de Trinit. cap. 4. n. 4. & lib. 6. cap. 3. n. 9.

ἀπὸ πάσης τὰς ἐκποιῶν) Ferrarius legebat ἐπανομίαν.

ὁ θεὸς μὲν ἐν πάντι ἐστι, &c.) Hæc quoque lib. 1. de Trinit. cap. 4. n. 4. confutat Petavius, quasi divinæ Verbi naturæ multiplices proprietates affingat Origenes; in quo sane magni Viri iudicium non sequor; nam hæc Christo, ut Deus simul & homo est, universa Origenes attribuit, & ut ad divinam Verbi naturam seorsum pertinere voluisset, verisimilius est hæc pro variis potius considerandi Verbi modis, quam pro divinæ ipsi naturæ infinitis qualitatibus habenda credidisse.

αὐτοὶ ἡ ἐλευθεροῦ δὲ δυναμῆος πᾶσα κρίσις) Le. P. 20. gifle videtur Ferrarius: ἡ ἐλευθεροῦ δὲ δυναμῆος πᾶσα κρίσις.

καὶ ποταμοὶ αὐτῶν ἐπὶ τῇ γῇ, &c.) Legebat



Ferrarius, ἐποία, sed parum hæc intellexit: *ῥυτίσθαι τὰ τέσσαρ'.* Verre: *que tales actantæ non fuissent, si in beatitudine sancti incepissent, & perseverassent.*

ὁ δὲ φημι θαυμάζειν τὸ πολλὸν ) Ferrarius: *iam in quo me mirari dicam multorum ruditate*: postremam hanc vocem de suo videtur largitus, alterisco enim locum ad oram illustravit.

P. 22. ὁ μὲν ἱκανὸς ἐν τῇ σφύρῃ τῶν ἐνελγῶν, ἰούδαν ) Supple; *αὐτὸν καλεῖ.* Perperam ergo hæc intellexit Ferrarius; recte Perionius: *Iacob quidem in ea benedictione, qua in liberos usus est, Iudam*; supple; cum appellat.

P. 23. καὶ ἔστιν ἄξιον ἐπιστῆσαι τοῖς, &c. ) Valentinianos, Marcianos, & Colarbasios suggillat. Vide Irenæum lib. 1. cap. 10. Epiphanium Hæc. 34. quæ est Marciorum, cap. 4. & Hilarium lib. 10. de Trinit. Quam ipsorum Hæreticorum nefariam doctrinam post Origenis tempora renovavit Paulus Samosatenus. Philastrius Hæc. 64. Hic vero Origenis locus iis adjungendus est quos collegit Pamphilus in Apologia, ut eorum confutaret calumniam, qui perverso huic Valentini dogmati Origenem hæsisse iactabant. Ad hæc autem ejus verba cum non satis attendisset præstantissimus ætatis nostræ Theologus, eadem in illo reprehendit, quæ in Valentinianis ipse carpebat; quasi suam non illorum sententiam protulisset.

ἡ ἀκρίβεια μὲν ῥῶν διήρησιν ) Legendum fortasse ἐπὶ ἐκείνων ῥῶν quod opponitur huic, ἐπὶ ᾧ τοῦ τῶν quod proxime sequitur: quod ipsum forsitan & ita emendandum, ἐπὶ δὲ τοῦτο.

ὁ δὲ σωτὴρ ἡμῶν τοῖς λογικοῖς ) Persuasum fuit Origeni Paris vim ad res omnes creatas, Filij ad res rationis compotes, Spiritus sancti ad sanctos duntaxat pertinere. Verba ipsius ἐ. lib. 1. ἐπὶ ἀρχῶν profert Iustinianus in calce Epistolæ ad Menam. Quam obrem acriter à Theophilo castigatus est in Paschali 1. Nos vero id in Origenianis accurate perpendimus.

P. 26. ἡ δὲ ἀδελφότης ὅλης ἀλυσιν ) Hæc ex adolescentiori Academia deprompta sunt. Vid. Cic. Acad. 4.

ἀλλ' ἔτι ἐπὶ καὶ ἀλυσιν τὸ ἀδελφόν, &c. ) ἀλυσιν quippe, & καὶ ἀλυσιν ὀpponuntur ἀντιφατικῶς, ἀλυσιν autem & ἡ ἐξέλιξις, ἐναντίας. Eorum vero quæ ἀντιφατικῶς ὀpponuntur alterutrum verum est; quæ ἐναντίας, non item.

οἱ μὲν φύσιν τοῦτοῦ γενημένου, &c. ) Eærat Valentinianorum doctrina, qui tres diversas hominum naturas fingebant.

καὶ ἐν τῇ ἐν ἐραν, &c. ) Vide Nos ad pag. 17. in Iohann.

τὸ ἀνυπέρθετον τῆς ἐπαγγελίας ) Male Ferrarius, *supervenientiam promissionis*: vix tamen Latine reddere possis: illud enim est quo

promissa habent, ut minime differri possint.

κέρμεν ἀπαγγελίας ) Ita legebat Perionius. Ferrarius vero: ἐπαγγελίας.

ὁ προδιδόντων ἐν τῇ, &c. ) Hæc desiderantur in Ferrarij interpretatione, quæ ex Perionio ita supplebis: *etiam addent, non siliaberatur jam etiam participem esse filiorum Dei gloria.*

ὁ δὲ μὴ ἐλπίσται τιλικαῦτα τῇ, &c. ) Locum hunc in Reg. Codice luxatum ita fortasse sanaveris: τῇ ἀνθρώπων κατακεχαριστῶν ἄλλοις, &c. τῇ προσλήματι, quod sequitur sit ex λήμα, cuius & significationem retinet; sed tamen vox insolens est.

καὶ ἀποκρίνοι τῇ χροί, &c. ) Locum hiulcus, & corruptus, cui absque meliori codice medicinam facere velle temerarium est.

τὰ ἡγεμονικά τῇ ἀνθρώπων ) Ferrarius: *hominum partes quas principales vocamus.* Perionius: *ea quæ in hominibus principatum obtinent.* Vertissent: *hominum mentes*: ἡγεμονικὸν enim quid sit nemo nescit.

καὶ πρακτικῇ τῇ σωζομένων ἐν αὐτοῖς γενομένη ) P. 28. Vel hæc aliter legit, vel male intellexit Ferrarius. Probe Perionius: *quodque vim habet efficiendi eos, qui per eam salutem adipiscuntur.*

ἐὰν δὲ τις ζῇ, &c. ) Valere hæc possunt adversus Origeni intentari solitam criminationem, quod Patris cognitionem majorem esse cognitione Filij statuerit. Quam quoniam in Origenianis excutimus, plura non addam.

ἐπὶ ἐν τῇ πατρὶ καὶ τῇ υἱῷ, &c. ) Perionius P. 29. legebat, ἡ, nos correximus ἡ quo sententia continetur. C. R. habet ἡ,

ὁ ἐπὶ τὴν πατρὶ καὶ μακαριότητα ) Prætermisit Ferrarius, μακαριότητα.

τὴν ῥῶν ἐν ὑπάρχουσιν ) Legisse videtur Perion. εὐπαρχουσιν. Scribe, τὴν ὑπάρχουσιν.

ὁ μὴ ἐλεπόμην ἐξ ὧν πατὴρ ἀδελφῶν ) Postrema hæc à Perionio omissa sunt.

ἀγαθὸν ἡμῶν τὰς ἐν τῇ σωτῆρι, &c. ) Ita legit Perionius; at Ferrarius, ἀγαθὸν ὅντων, quod rectum est.

σπέρμα τῶν εἰρημίων, &c. ) Aliter notionem istam vitis Christo aptat Origenes Homil. 17. in Genes. *Vitis ergo Christus ex ea parte dicitur, qua naturam suscepit humanam, ad quam Deus Verbum pullum suum alligat; id est populum suum conjungit & sociat ei conversationi quam ipse exegit in carne: ut imitatione ipsius pullus qui ad ipsam alligatus est, efficiatur cum illo & Filius Dei, & coheres Christi.*

ὁ ποτιμωτατὸς ἐπὶ λόγος ) Ferrarius reddit, ratio, Perionius, *Verbum*, recte: malim tamen, *Sermo*.

κατατροπὴ τῆς καὶ ἐκπινόμενα ) Ita Cod. Reg. at Ferrarius videtur legisse, ἐκπινόμενα. Perionius antiquum hic obtinet, totumque locum misere deformat.



καὶ ἄλλα τὰ ἐν τῷ πνεύματι, &c.) Origenes lib. 1. in Epistolam ad Romanos, cap. 5. eundem hunc Pauli locum exponens, Ex quo videlicet, inquit, ostendit esse quendam praefer hanc quae commemoravit, quae nominantur quidem in hoc saeculo, non tamen ab ipso enumerata fuerint, forte nec ab alio aliquo intellecta: esse vero alia quae in hoc saeculo quidem non nominantur, tamen nominabuntur. Nec unus id sibi persuasit Origenes praeter eos Angelorum ordines qui nominantur in Scriptura, alios esse numero infinitos, & hominibus ignotos: Scripsit siquidem Chrysostomus Homil. 4. de Incompr. ἐστὶ γὰρ οἱ ἐν τῷ αἰνῶνι οὐκ ὁνομαζόμενοι. Sunt enim, sunt & aliae virtutes, quarum nomina quidem scimus. Quod paulo post ex supra memorato Pauli ad Ephesios loco colligere se proficitur. Atque id ipsum iterat Orat. 5. contr. Anomaeos, & Homil. 3. in Epistolam ad Ephesios. Assentientur Chrysostomo Theodoretus in eundem ejusdem Epistolae locum, & Oecumenius, & Theophylactus. ἐκείνη οὐκ ἔστιν ἐν τῷ αἰνῶνι, παρὰ, &c.) καὶ ὁ πᾶς οὗτος ὁ κόσμος.

καὶ σαφὲς γέγονεν ἀνθρώποις ἀνθρώποις, καὶ ἀγγέλοις ἀγγέλοις ) Origenes lib. 1. in Epistolam ad Romanos. Hoc quod apparuit Angelis, non eis ab-que Evangelio apparuit, sicut nec nobis quidem hominibus, ad quos missum se dicit, evangelizare pauperibus, dimittere captivos in remissionem, & annunciare annum Domini acceptum, Si ergo cum apparuit, nobis omnibus hominibus non sine Evangelio apparuit, consequentia videtur ostendere, quod etiam Angelico ordini non sine Evangelio apparuerit, illo fortassis quod aeternum Evangelium à Iohanne memoratum supra edocimus. Si vero etiam in reliquis caelestibus ordinibus tale aliquid gestum esse ab eo suspicandum sit, in ea quae singuli quique sunt forma apparuit eis, annuncians pacem, quoniam quidem per sanguinem crucis suae pacificavit non solum quae in terra, sed quae in caelis sunt, etiam tu apud te ipsum discuto. Hunc errorem, jam ante Origenem, in aliquibus castigaverat Tertullianus libr. De carn. Christi, cap. 14. & in ipso demum Origene damnatus est quarto è novem anathematismis Justiniani Epistolae ad Menam subiectis. Sed de his pluribus disputamus in Origenianis.

καὶ δὲ τὸ αἰνῶν, &c.) Infra Tom. 2. p. 45. μὴ πο-τε δὲ ὡς φησιν ἱερὸς τίνος γένεως, ὅπως ὁ νῦν θεολογούμενος ἵσως λόγος ἐγγράφῃ παρὰ ὡς δὲ ὁπο-σταλὲς ἔπειτα τὸ παρὰ τὸν ὡς μὴ τὸν. Nempe ei quoque adhæsit opinioni Origenes, quam magna Patrum pars amplexa est, Filium ipsum Dei Patriarchis & Prophetis apparuisse. Vide Sixtum Senens. libr. 5. Annot. 102.

ὡς πλείονες ἔχοντες ἀνθρώπους, &c.) Triplex rerum ratione pollentium genus statuit, Angelorum, hominum, & τῶν κατὰ χυλίων,

inter quae Dæmones recenset. Cum autem omnia omnibus ratione praeclatis factum dicat Sospitatore; hominibus hominem, cum carnem assumpsit; Angelis Angelum, cum Patriarchis & Prophetis visus est; tertium divisionis membrum executus est, & Christum ad lucrificandam τὰ κατὰ χυλίων, sese iis similem fecisse docet, quando factus est inter mortuos liber. Nam cum duplici genere constent κατὰ χυλίων, Dæmonum, & defunctorum hominum, cumque horum jam antea formam sumississet Christus quando homo factus est, illorum fumere debuit. Ferrarius male reddidit, παρὰ ἀνθρώπων, in hominibus: verte, pra hominibus.

καὶ ἐξελύσθη τὸν ἐν καὶ, &c.) Cod. Reg. ha. p. 36. bet, ἐξελύσθη, nos legimus, ἐξελύσθη, supple, πῶς, quod praecedit. Quam lectionem secutus sit Ferrarius ex ipsius interpretatione vix liquet: Perionium enim non moror.

ἵνα διαδοχῶν καὶ τὸν ἀνθρώπου τὸ πνεῦμα, &c.) Animas omnes corporibus antiquiores credidit Origenes, quod dogma ad ipsam quoque Christi animam pertinere voluit. Hanc autem Verbo conjunctam fuisse, antequam corpori adjungeretur, ipse quoque docuit lib. 2. De princip. cap. 6. Illa anima, inquit, de qua dixit Iesus, quia nemo auferet à me animam meam, ab initio creatura, & deinceps, inseparabiliter ei, atque indissociabiliter inhaerens, ut pote Sapientia & Verbo Dei, & veritati, ac lucivera, & tota totum recipiens, atque in eius lucem, splendoremque ipsa cedens, facta est cum ipso principaliter unus spiritus. Sed hæc disputantur in Origenianis.

καὶ γὰρ ἵσθαι αὐτὸν, &c.) Iterata hæc vocum illarum, ἐν πνεύματι ἀγίῳ καὶ πνεύματι, repetitio causæ fuit cur à Ferrario, vel in ejus codice totum comma omitteretur, quemadmodum librariis usuvenire solet.

πλὴν ἀνθρώπων τὸν κατὰ χυλίων, &c.) Illud non agnoscit Ferrarius, quod Perionius post Reg. Codicem repræsentat. καὶ ὁ δὲ ὁμολογούμενος ἀνθρώπος, &c.) Legoban Ferrarius, ὁμολογούμενος, sed proba est Cod. Reg. scriptura, quam sic veritas: Nos vero Christum vere Dei potentiam esse fatentes, quacunque res vi pollent, ipsius esse participes, per ipsum habemus.

καὶ τὸ δόξα, &c.) Leg. παρὰ.

καὶ εἰ μὴ ἐν ἀλλοις, &c.) Codex Reg. habebat, καὶ εἰ μὴ ἐν ἀλλοις. Deest hic aliqua existimavit Perionius: nos ita locum resatum iri credimus, si legatur: καὶ εἰ μὴ, &c. supra enim legitur: ἐπὶ τῶν πνεύματι εἰ μὴ κατὰ χυλίων, &c. καὶ εἰ μὴ ἐν ἀλλοις, plane hæc est genuina lectio.

τὸ δὲ ὅτι τὸν ἀπὸ τῶν αἰρέσεων, &c.) Leg. gendum fortasse, τὸ δὲ κινῶσαι τὸν, &c. mox,



δυνάμει λέγειν, Marcionitas porro hic, com-  
rumque gregales intellige.

μειζονα δὲ τοῦτου τὸν πατέρα ) Vide Johann.  
14. 28. Ita Origenes infr. p. 56. in Johann.  
ἐπὶ τοῖνυ καὶ ἐνθάδε εἰ πάντα θῆτε τὸ λόγον ἐν ἑ-  
αυτοῖς, ὅτι τὸ πᾶν ἐν ἑαυτοῖς, ἀλλ' ἐπὶ κρείττονος καὶ  
μειζονος πατρὸς τὸν λόγον, τίς δ' ἐν ἀλλοῖς ὁ-  
τις ἀνὴρ, ἢ ὁ πατήρ; & Tom. 13. pag. 201. in Jo-  
hann. τὰ ἅμα δὲ καὶ πρὸς τὸν πᾶν αἰώνιον ζῶν  
εἰς τὸν ὑπὲρ τὴν αἰώνιον ζῶν πατέρα, ὁ ἁπλοῦς γὰρ  
ἢ ζῶν, ὁ δὲ μείζων τῷ ἁπλοῦς μείζων τῆς ζωῆς  
Sed hæc alibi.

ὑπὲρ ἢ τισι καὶ, &c.) Lege, ἢ ὑπὲρ. Ori-  
genes infra Tom. 28. in Johann. 11. 49. 50.  
καὶ συζητῶν τὸν ὅτι ὅπως ἡδέετι, ἢ, ἡ καὶ εἰς τοῦ, ὑπὲρ  
πᾶντος γένους θανάτου. Posteriorem quoque  
hanc lectionem sequitur Ambrosius lib. 2.  
De fide, ad Gratianum, cap. 4. Immerito  
igitur Nestorianis loci hujus depravatio-  
nem tribuit Græcus ille Scholiastes, quem  
laudat Beza, ut pote quæ jam longe ante  
Nestorium extaret.

P. 39. οὐκ ὑπὲρ ἀφ' ὧν; &c.) Et in his Observa-  
tionibus, & in Origenianis quæstionem de  
morte à Christo pro fide obita venti-  
lavimus.

ἐπὶ δὲ παραλαμβάνει τὴν βασιλείαν, &c.)  
Sensus est: Quoniam autem accipit regnum  
à Rege, quem sibi præfecerant filii Israël, cui-  
que imperium Deo nequitiam annuente tradi-  
derant, neque Deo conciliaverant; & quoniam  
bella Domini gerens, filio suo, populo nimirum,  
pacem comparat, &c.

εἰ μὴ ἀπὸ ἐπὶ τῶν, &c.) Verte: nisi fortasse,  
quod flos sit perfectior flore, ipsaque florum  
emissione, quæ de iis dicitur qui fructus perfe-  
ctos nondum tulerunt, perfecti id quod supra  
flore[m] Christi est, capiant.

P. 40. ἢ ὁ πατὴρ αὐτῶν πεπειραμένοι ) Perionius:  
qui autem ejus virga tentati & probati sunt:  
ita & Ferrarius. Videntur legisse: οἱ δὲ πατὴρ  
αὐτῶν πεπειραμένοι. Inalim ego: οἱ δὲ πατὴρ αὐτῶν  
πεπειραμένοι.

τελευταῖον πορὶ τὸν λόγον, &c.) Male Ferrarius:  
pessime Perionius: extrema prima dispu-  
tatione. Verte: Denique antequam ad vocis,  
λόγος, examen accedamus.

ἵνα ὁ πατὴρ τῆς λόγου διομασίας ) Valenti-  
nianos intellige, qui Filium per prolatio-  
nem genitum esse arbitrabantur.

διότι περὶ ζητεῖς καὶ ἕω, &c.) Ad verbum Pe-  
rionius: Itaque eum quæri non extra eos qui  
querunt, ab iis qui eum invenire constituent,  
nos docet Apostolus.

P. 43. πῶς γὰρ εἰ ὁ πατήρ τῶν ἑλπίων, &c.) Hæc præte-  
rita sunt à Ferrario, quem fecellit geminum  
illud: ἐν χιλιεσσι σου.

P. 45. ὁ μὲν ἐν πολλοῖς ) Pro, οἱ πολλοί, quod notan-  
dum.

ὡς ἐν γὰρ ἐρμηνεύει, σαφὲς ἐστίν, &c.) A yw  
servavit, sit ywn Olsee, quod significatio-  
nem activam postulat potius quam passi-

vam. Beeri vero est, ירא, à ירא, putem-  
anabulans, quod sequitur, rectum est.  
Hefych. ἀναβλυσάμενος καὶ ἀναβλυσάμενος. quam  
Hefychii vocem immerito suspectam habet  
Stephanus.

ἐρμηνεύει γὰρ, μεταφραστικὸς ἰαώ ) Hæc procli-  
via sunt, & Ferrarii tamen ac Perionii  
captum fugerunt. Jeremias est ירמיה, à,  
ירח, extolli, & ירח, quod Samaritæ per  
יחזק, Eusebius per יחזק, Theodoretus per  
יאחזק. Græci veteres per יאחז exprimebant.  
Notum illud Apollinis Clarii apud Macro-  
bium:

Macrobius.  
Saturn.

Φράζω τὸν πατέρα ὑπακούοντα ἑμῶν ἰαώ.

τίθωσι μὲν γὰρ τὸ ἀρξάν, ὅτι, &c.) Distinctio P. 46.  
hæc nonnullorum convitia in Origenem  
concitavit. Eam quidem Chrysostomus  
dissimulato auctoris nomine explodit. At-  
tendissent quomodo in sequentibus expli-  
cata sit: Pater, inquit, quod ex se Deus sit,  
hoc est, αὐτόθεν, ὁ δὲ υἱὸς appellatur: Filius,  
quod sit Deus à Patre, Deus de Deo, ut  
loquitur Nicænum Concilium, &c. dicen-  
dus est.

Chrysost.  
Hom. 3. in  
Johann.

ἐν τῷ ὅτι, &c.) Sententia hæc est to-  
tius hujus disputationis. Quemadmo-  
dum à Patre qui est αὐτόθεν, &c. habet Filius ut  
sit Deus, & ceteri qui Dij appellantur, quia  
principium totius divinitatis Pater est: ita  
à Filio qui est, ἐκ λόγου ratio, & fons totius ra-  
tionis, habent ij qui ratione utuntur ut sint  
rationis participes. Igitur ut divinitatem  
suam Filio communicat Pater, ita rationem  
iis qui rationis participes sunt communi-  
cat Filius. Pater principium est divinitatis  
Filij; Filius principium est rationis eorum,  
qui rationis capaces sunt. Atque eo sensu  
ut se habet Pater ad Filium, ita Filius ad ea  
quæ ratione pollent. Comparatio ergo hæc  
est, atque ea imperfecta & in multis claudi-  
cans. Pater autem quia principium est &  
fons divinitatis totius, inde eum ἀληθινόν  
θεόν appellavit; reliqui autem θεοὶ τῇ μετῴχῃ  
τῷ θεῷ γινόμενοι: Filius nimirum, & qui Dij  
dicuntur. At divinitatem à Patre non uno  
modo recipiunt; Filius enim ita Deus est à  
Patre, ut una eademque divinitate Pater &  
Filius polleant; reliqui autem Dij, diversa,  
dispari, & inæquali divinitate præditi sint.

Ne quemquam igitur moveat vox γινόμενοι:  
quæ iis omnibus convenit qui ab alio ha-  
bent ut sint, sive per generationem; sive per  
processionem, sive per creationem; ut  
paulo infra demonstrabimus. Nonnunquā  
vero simpliciter, *existere, esse*, significat. At-  
que hæc quidem posterior notatio huic ipsi  
loco videtur tribuenda. His ita explicatis,  
facile viri cujusdam eruditissimi refelluntur  
criminationes, qui ex hoc loco violatæ  
Filij dignitatis reum Origenem peragit: li-



cer alias sæpe in eodem argumento lapsus  
fit.

ἄνθρωποι ἀνεμύνηται ἰδιότητα, &c.) Ea fuit Nocti Hærefis circa Origenis ætatem exorta, nec multo post à Sabellio amplificata.

ἡ ἀρχαὶ αὐτῶν τὴν θεότητα, &c.) Origen. lib. 7. in  
Epist. ad Roman. cap. 9. *Et miror quomodo qui-  
dam legentes quod idem Apostolus in aliis dicit :  
Unus Deus Pater ex quo omnia , & unus Do-  
minus Iesus Christus per quem omnia , negent  
Filium Dei Deum debere profiteri, ne duos Deos  
dicere videantur.*

P. 47.  
 ἀλλὰ θεὸς κυριώτερον αὐτὸν λέγει τὸ) Lege, λέγοις,  
 plana omnia fient, & hiatus ille explebitur,  
 quem hic inesse sine causa credidit Perio-  
 nius.

διὰ τὴν ἐν τῇ ἀποστολῇ ἰσχυρίαν, &c. ) Audiendus in hunc locum Dionys. Petaviuslib. 1. de Trin. cap. 4. n. 5. Mihi tamen id dolet, iniquum adeo in Origenem se gessisse virum magnum, ut quæ minus sana in eo deprehenduntur, germana esse, neque ab Arianis inserta, contra Rufini testimonium pertenderit: quæ vero orthodoxæ sunt fidei, amica manu adtexta fuisse contra Athanasij auctoritatem crediderit.

ὁ παρὸς τὸν Θεόν, αὐτὸς Θεὸς λόγος) Perionius & Ferrar.  
recte legebant, ὡν, sed à superioribus vir-  
gula sejugabant : nos conjungenda cense-  
mus, & ita vertenda: *quod apud Deum est  
Deus Verbum.*

ἡ τοιαύτῳ ἡγομένῳ σαρκί, &c.) lege, ἡ τοιαύτῃ.  
Alludit ad 2. Cor. 5. 16.

της ἐκλογῆς ἐστὶ θεός ) ἐκλογὴ, id est, *Electi*: Ita Rom. 11. 7. ubi & quidam vocem hanc, unde huc traducta est, ita verterunt.

P. 48. ἡλιος & σελήνη, &c. ) Clementem hic  
 designat quibus hæc verba sunt Strom. 6.  
 εἰπεὶ δὲ ὁ κύριος θεὸς αὐτὴν περιγνώσκει ἀνὰ μὴν πιστεύοντα  
 τούτων, ἔδωκεν ἅπαντας τὴν γῆν αὐτῶν ἀναδέξασθαι  
 τελευτᾶσιν, ἔδωκε μὲν φιλοσοφίαν αὐτοῖς, ἀλλὰ ὅσοι  
 πίστεως, ἔδωκε θεὸν ἵλιον, καὶ τὴν σελήνην, καὶ τὰ  
 ἀστραὶς ἁρρηκεῖν. αὐτοῖσι ποῦ ὁ θεὸς τοῖς ἔθνεσι, φαίνεται  
 ὁ νόμος, ἵνα μὴ τέλειον αἰθεὶ ἡνυμνεύοι τελέως καὶ  
 διαφασίσῃ· οἱ ὅτι καὶ ταύτην γενόμενοι τῇ ἐντολῇ  
 ἀρχοῦμενοι, γυμνοῖσι προσεχρηκότες ἀγάλλονται, καὶ  
 μὴ μετανοήσουσι, κείνοι δὲ οἰοῦν ὅτι συνηθύντες, καὶ  
 ἡθελήσαν πιστεύσαι τῷ θεῷ. οἱ μὲν οὖν διὰ θελήσαντες  
 καὶ ἐκπύοντες ἀειψοῦντο πιστοί. καὶ μάλιν κἀκεῖνοι οἱ  
 ἀπὸ τῆς ἡβᾶς ἄρρων σέβουσιν, καὶ ἐπαναδραμονέει ἐπὶ  
 τὴν τύτταν ποιητὴν. ὁ δὲ δὲ δὴ αὐτὴν δεῖξαι ὡς ἐθε-  
 σιν ἀνακλῆσαι πρὸς θεὸν διὰ τῆς ἡβᾶς ἄρρων ἁρρηκείας.  
 Quia enim noverat Deus, ut pote præfatus,  
 hunc non crediturum, nihilominus tamen ut  
 perfectionem reciperet cujus capax erat, dedit ei  
 quidem philosophiam, sed ante fidem: dedit au-  
 tem Solem, & Lunam, & Astra ad religionem:  
 quæ Gentibus fecit Deus, inquit Lex, ne funditus  
 Athei effecti, funditus pereant. At illi in hoc præ-  
 cepto inconsiderati, in sculptiles defixi statuas,

nisi paenitentiam agant judicantur: hi quidem  
quia cum possent, noluerunt Deo credere; illi  
vero qui etiamsi vellent, non conati sunt tamen  
fideles evadere; & ij etiam qui ab Astrorum  
cultu, adeorum conditorem non recurrerunt.  
Hæc enim via erat at Gentibus data, ad Deum per  
Astrorum cultum assurgere.

τέταρτοι δὲ ὡς τῶν τοῦτο, &c.) Epicurei.

ὅτι τὸ ἀγρίον (καὶ τὰ ματος &c.) Totus ille locus, P. 47.  
usque ad, <sup>καὶ</sup> <sup>τὸ</sup> <sup>ἀγρίον</sup> <sup>καὶ</sup> <sup>τὰ</sup> <sup>ματος</sup> &c. in Ferrariana  
interpretatione desiderabatur, quem nos ē  
Perioniana, mutatis duntaxat nonnullis,  
supplevimus. Idem quoque in toto hoc  
opere à nobis factum est, quotiescunque  
Ferrariana interpretatio deficiebat, quod  
nonnunquam contingere observavimus,  
quam error aliquis occurrit: velut in iis  
quæ sequuntur. Nempe Filium Patre inferio-  
rem posuit, pro more suo, ut in Originianis  
probavimus. Quæ subicit autem de Verbo-  
rum differentis, futilia sâne sunt, ne quid  
peius dicam.

ἄπειρον δὲ πλείονας φάσκει, &c.) Hæc per- P. 70.  
 peram à Ferrario & Perionio interpretata  
 sunt. Vértè: *Abfurdum est autem dicere plures  
 vocis hujus, Sermo, composites fieri, & hujus, Sa-  
 pientia, & illius, Iustitia.* Legimus quippe,  
 καὶ τῆς, σοφία, (supple προσρητορίας) καὶ τῆς, δικαιο-  
 συνῆς.  
 ἀφορμὰς ἂν εἰρηρῶ τὴ ἀσθενεστάτην, &c.) P. 71.  
 Nullo sensu hæc reddiderunt Ferrarius &  
 Perionius. Legas, παρακλιεῖσθαι proclivis erit  
 interpretatio. παρακλιεῖσθαι autem est, præter  
 germanam sententiam intelligere & expli-  
 care. Vide Nos supra ad p. 7. in Joh.

λόγος δὲ διπολύτως ἐκ εἴρητο καὶ ) Sic interpunge:  
λόγος δὲ διπολύτως ἐκ εἴρητο, καὶ.

ἀν πολλῆς χρείας, &c. Ita legebatur Ferrarius:  
at in Cod. Regio vox, μάτην, aliena manu in-  
ferat fuerat, ut ita legeretur μάτην ἀν πολλῆς,  
&c. Hanc lectionem secutus est Perionius, &  
nos ita lebamur, ut illam Ferrarij plane  
repudiemus.

τῇ τῷ ἐπαρίῳ εἰκόνι) Inepa lectio; quam ta-  
men secutus est Perionius: *Et is qui agni im-  
agine ornati sunt*, Lege, ἐπουρανί. alludit enim  
ad 1. Cor. 15. 49. Ἰδὲ αὐτὸς ἡμεῖς ὁμοιωθήσμεθα  
illo excludit.

καὶ αὐτὴ τὸ δίκαιον καλέμενον ἐξισωθῆαι πάντα τὰ  
 δικαιοσύνη) Sic operam suam ludunt Ferra-  
 rius, & Perionius. Verte: *ut hoc ejus quod ap-  
 pellatur justum, justitia omnino exaequetur.*

ἡ ἱ αὐτῶν τιν ἀναγορεύσασα ἀλλήθιναι· ἐκ ἀλλήθιναι, p. 19  
 &c.) Hæc habebat Cod. R. quem secutus est  
 Perionius per summam ἀκρίστιαν. Lege, ἡ ἱ  
 αὐτῶν ἀναγορεύσασα ἀλλήθιναι· Atillam perico-  
 pen, ἐκ ἀλλήθιναι, &c. ad oram Cod. Regij ma-  
 nus recentior attexuerat. Eam comprobant  
 Ferrarius, & Perionius, & plane genuina est.



τὸν δὲ θεὸν ὁ δὲ θεὸς ὁ δὲ θεὸς, &c.) Hæc miſerèa Ferrario diſtorta ſunt. Inſcite quoque Perionius: Sed tamen unum eſt hominem, quæ Deus faciet in eorum aſtutia. Legēbat: ὁ δὲ θεὸς. Verre: unum vero eſt ex illis quæ comprehendit Deus. Reſpexit Origenes ad Job. 5. 13. & 1. Cor. 3. 19.

P. 54. ἰσὺς τὰ μὴ εἰς ἐκείνους, &c.) Sic C. R. legendum tamen, ἰσὺς. ita Ferrarius & Perionius, & id quoque ratio poſtulat.

ἐπὶ τῷ ἵππῳ ἐκείνῳ ὁ, &c.) Ferrarius: veſtigis ingredi caput. Perionius: quandoquidem veſtigia imprimuntur. Verre: quoniam veſtigis & notis circumdatus eſt.

καὶ ὡς ἀπὸ τοῦ ἐκείνου, &c.) Finem quoque hic Damnatorum poenis ſtatuit.

P. 55. ἀλλὰ, πότε, ἢ ἐν τίνι, &c.) Videtur aliter legiſſe Ferrarius. Recte Perionius: Sed quando, vel in quo apud Deum? Hoc enim, inquit, erat in principio apud Deum.

P. 56. ἔτι τὸν καὶ ἐκείνους εἰς πάντα, &c.) Impe-rite hic lapſus eſt. Origenes cum à Patre omnia condita ſtatuit, non etiā Verbo, ut demonſtramus in Origenianis.

ὁρῶντες αὐτὸ τὸ λόγον τυγχάνοντες) Hæc videtur ex ejus perſona dicere, cujus ſententiam exponit, non ex ſua.

ἐπὶ τὸ ἀγνόντων αὐτὸ λέγειν) Si per ἀγνόντων, non creatum, vel, non genitum intelligas, Spiritui ſancto conveniet: ſi pro eo quod principio caret uſurpetur, non item. Hinc eſt, cur eam appellationem à Spiritu ſancto vetuſti Patres removeri velint. Baſilius quidem Hom. 17. contr. Sabell. idcirco Spiritum ſanctum ab hoc vocabulo prohibet, quod hæc captum humanæ mentis ſuperent: Theodoretus autem Dialog. 3. quod vox ejusmodi in Scripturis ſacris Spiritui ſancto minime tribuatur.

ἔτι δὲ τίς ἐστιν, &c.) Hæc cum ſequentibus, ad id uſque, ἐπὶ εἰς τὸ πάντα, &c. in Ferrariana interpretatione non comparent: obſervavimus quippe loca Origenis aliqua perverſæ doctrinæ labe ſœdata, ſive in ipſius Auctoris, ſive in Lectorum gratiam à Ferrario fuiſſe recita. Nos hic aſcivimus Perioniam, quam & locis aliquibus correximus.

ὁ ματρίων μὲν ἐστὶν τὸν, &c.) Unam tantum Patris & Filij perſonam credidit Noëtus, cujus errorem deinde amplexus Sabellius Patrem cum Filio, & Spiritu ſancto confudit. Poſt Nicænam Synodum emergens iterum hæc Hæreſis ab Antiochena Synodo damnata eſt, uti reſert Hilarus in libro de Synodis.

τὸν πατέρα, καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα) Inſere, καὶ υἱόν, quod à Typographo prætermiſſum eſt.

ὁ ἀγνόντων μὲν ἑτέροι τὸ πάρος ἢ πρὸς αὐτοῖς) Origenes lib. 1. de Princip. cap. 2. Ita ergo & ab eo (Patre) Filij ſubſiſtentia generatur:

quod neceſſe eſt imprimis ſuſcipi ab his qui nihil ingentum, ideſt innatum, præter ſolum Deum Patrem ſatentur. quem locū repetit Pamphilus in Apolog. Hieronymus Ep. 59. ad Avitum, de Origene loquens: De quo ( Spiritu ſancto) inquit, cum ignorare ſe dicat, utrum factus ſit, an inſectus; in poſterioribus quid de eo ſentiret, expreſſit, nihil abſque ſolo Patre inſectum eſſe confirmans. Vocem ἀγνόντων, quam ingentum vertit Ruſinus, Latini quidam Patres, inſectum, & inoperatum, & originis experis expoſuerunt. Veteres quoque Græci Scriptores quos laudat Athanaſius, dicebant. ἐν τῷ ἀγνόντων ὁ πατήρ. Unares eſt inſecta, Pater. Multiplex quippe eſt vocis, ἀγνόντων, ſignificatio, qua abuſi Ariani & Anomœi diu ſimpliciores homines ludificati ſunt. At audiendus Athanaſius qui ſic ſcribit: καὶ ἀγνόντων δὲ οἱ καὶ οἱ εἰρηότες ἐν τῷ ἀγνόντων, τὸν πατέρα λέγοντες, καὶ ὡς ἡμεῖς καὶ ποιήματος οὐκ ἐστὶν λόγον ὅτι οὐκ ἔχοντες, ἀλλ' οἱ μὴ ἔχοντες αὐτοῦ. Non ignoramus autem eos qui dixerunt unam rem eſſe inſectam, Patrem nimirum, non ita ſcripſiſſe quaſi Verbum factum & conditum ſit, ſed quia (Pater) cauſam & auctorem non habet.

se. Perionius legit, ἐπὶ τοῦ σώματος, quod per mih-  
placet: videtur legisse Ferrarius: εἰς τὸ  
σῶμα τὸ ὑψ. καὶ αὐτὸ ἐπιρριζ. &c. quod non dis-  
plicet.

ἀναφέρῃν ἐπὶ τὸ σῶμα ) Cod. Reg. ἀφαιρεῖν.

πλὴν ἰσχυροῦς, &c.) Totam hanc pericopen, satis quidem intricatam ; interpretationibus suis foedarunt Perionius & Ferrarius : cujus hæc mihi videtur esse sententia : *Ceterum in hujusmodi rebus persuasum*

habentes ad Dei sapientiam pertinere proprietates explicare divinitus inspirata Scriptura, quae sapientiam docet in mysterio reconditam, quam nullus Principum saeculi hujus cognovit, cum id praesertim natura humanae capere superet. Vocem *πνεῦμα*; expungebat Perionius, sed malim interpretationē ad libri scripturā accommodare, quam remittere receptā veterum Codicum lectionem convellere.

*ἵνα ἐκέρχονται ἀπὸ τοῦ μυστηρίου, &c.*) Ab Exitu filiorum Israël, ad initia constitutionis Templi annos effluxisse octoginta supra quadringentos diferte scriptum est 3. Reg. 6. 1. nedom quadringentos & triginta, uti hic habetur. Iosiam præterea res in Ægypto administrasse ullas quis unquam prodidit? Quid hoc deinceps monstrum est, triginta annos à Testamento Dei ab Abrahamo suscepto, ad Legem Moysi traditam intercessisse; cum annorum triginta & quadringentorum spatium Paulus interponat; Gal. 3. 17. ex eo quod habetur Exod. 10. 40? Si huic igitur loco medicinam facere velimus, ita subducendæ sunt rationes, ut duplex annorum summa, eorum scilicet qui à Testamento tradito ad Exitum filiorum Israël, seu Legem positam (eodem quippe hæc anno contigerunt) quique ab Exitu ad extructionem Templi præterierunt, duplicem numerum Sabbaticum det, septingentorum videlicet, & septuaginta annorum. Ac posteriorem quidem, ab Exitu ad extructionem Templi, quadringentorum & octoginta annorum esse proditur 3. Reg. 6. 1. juxta Ebraicum exemplar, quod reliquere Interpretes secuti sunt; unis exceptis LXX. Senibus, quos affectatus est Origenes: at illi sic habent: καὶ ἐν ὧν τῷ παρακαλοῖς καὶ τετρακοσίους ἔτι πέντε ἔτη, &c. Complut. editio, ἑξήκοντα. Certe Melchior Canus lib. XI. De locis Theol. numcrum illum à librariis, ut fere fit, esse corruptum multis probat: & revera, si numeros accuratè ponere volueris, ex aliis Scripturæ locis facile comperies lectionem illam stare non posse. Verisimile igitur nihil sit legisse Origenem : ἐν τῷ παρακαλοῖς καὶ τετρακοσίους, & inde loco hoc quem tractamus, scripsisse: τετρακίσια καὶ τετρακόντα. Quæ sequuntur apud eum ; καὶ ὅσα τὰ ἱερὰ καὶ τὰ ἁγία οὐκ ἐνεμερίστων μυστήριον ἐστὶν αὐτῶν, &c. manifestò fin vitiōsa. Ea sic reparari possunt. Cod. Regius habet, καὶ ἴτα legerunt Perionius, & Ferrarius, & ita scriperat indoctus librarius, ἵπρ' ἰνοῦ positum existmans, more ταχυγράφων, quibus id nominis ita contrahere solitum est. At plane scripsit Origenes: μετὰ ὑμῶν ἐστιν, hoc est quod habetur Gal. 3. 17. καὶ ἐν τῇ τετρακίσια @ τεράκοντα. Atqui hæc duæ summa; in unum compositæ duplicem nu-



merum sabbaticum dabant, septingentorum nempe annorum & septuaginta. Hic mentem Origenis & scripturam perscrutamur, quæ rectane sit, & Chronologicis computationibus consona, hujus artis magistris disquirendum permitto. Vnum Iosephi locum, unde de eo existimari possit, proferam ex lib. 8. Antiq. cap. 2. n. 3. τῆς δ' οικοδομίας τῆς αὐτῆς σολομών ἤρξατο, τέταρτον ἢ δὲ τῆς βασιλείας ἵτος ἐχὼν μηνὶ δυνεῖται, ὃν μακεδόνες μὲν ἀρ-  
 τεμάσιον καλοῦσιν, ἱβραῖοι δὲ ἱάρ, ἢ ἐπὶ πεντακόσια & ἐννηήκοντα, & δὲ τῆς ἀπ' αἰρῶντος ἔτι ἱερωνίμου ἔξο-  
 δου, μὲν δὲ ἡλικία & εἰς αὐτὴν τῆς ἀβραάμου εἰς τὴν χα-  
 νααῖαν ἐν τῆς μεσοποταμίας ἀφίξεις. Exoriturque  
 est Solomon fabricam hanc anno regni sui quar-  
 to secundo mense, quem Macedones Artemesium  
 vocant, Iar vero Hebraei, annis quingentis nona-  
 ginta duobus postquam Israelita Agypto excef-  
 serant: mille & viginti annis post Abrahami  
 ex Mesopotamena regione in Chananaam mi-  
 grationem.

exemplar, & Interpretationes omnes ha-  
 bent, πέντεκαίδεκα.

ἵσον ἐπὶ τοῖς λόγῳ. Ita Cod. Reg. ejus vitium  
 facere Oedipi est.

ὁ μέγας ἀμείνων, ὁ Φοῖβος. Particulam ne-  
 gandi agnoscit Perionius ex auctoritate Co-  
 dicis Reg. totoque hoc loco turpiter se  
 dat. Ferrarius repudiat τὸ, ὅ, in quo eum  
 sequimur. Nec absurde fortasse scripseris:  
 ὁ μεταλαμβάνων ἐν Φοῖβος.

ἔτι τῶν ὅσους ἐπαναύσατο τὰ-  
 ραν, &c.) Hunc locum ita restituimus: ἔτι τῶν  
 ὅσους ἐπαναύσατο, & τὰρ ἐντυπὼν αὐτῶν τῶν  
 ζήτουμένων κατάληψιν, &c.

τὰρ δὲ ἐπὶ πεινῆσαι μὲν αἰώνιον, &c.) Hunc  
 locum cum aliis excutimus alibi, ut Ori-  
 genis de Filii dignitate sententiam explore-  
 mus.

ὅτι τὰρ ἐπὶ πεινῆσαι & διψῆσαι δὲ τις ἐξ ἡμε-  
 ρῶν, &c.) Legendum fortasse: & τὰρ ἐπὶ  
 πενῆσαι καὶ διψῆσαι δὲ ἡμᾶς τὴν διακοσύνην. Quam  
 vero lectionem secutus est Ferrarius, per-  
 versa erat, ut ex inepta interpretatione  
 conjicimus.

ὅτι τὰ ἐν ἡθῇ τῶν ἡμαρτημένων, &c.) Videtur le-  
 gisse Ferrarius: καὶ τίνα ἐν θείᾳ τῶν ἡμαρτημένων.  
 at ne sic quidem sensus constet. Ego quidem  
 commisit libenter induxerim.

ἀπὸ τῶν ἡμερῶν ἀκριβέστεροι. Notent Grammatici  
 postremam hanc vocem, quasi ab ἀκριβέ-  
 στεροι, nisi fortasse locus corruptus sit, & le-  
 gendum sit fortasse, ἀκριβοῦστεροι, vel, ἀκρι-  
 βέστεροι.

ὡς τὸν ἡμέτερον πολλὰ ἐδιδόκα, &c.) Hæc nobis  
 repræsentat Cod. Reg. quem fere sequitur  
 Perionius, & ita vertit: ut hoc ipso multa peri-  
 cula eveniant plerique, qui plurimum, ut qui in hau-  
 rienda aqua ex fonte Jacob, exercitati sunt: pro ὡς  
 τὸν, legit, ὡς, & post, ἐδιδόκα, supplet, ἐμυθίσαι, vel  
 legit, τὰς πολλὰς πεπονημένους ὡς πλεονάζοντες ἐργα-  
 μένους, vel quid simile. At aliam penitus lectio-  
 nem sequebatur Ferrarius, quam conjectura  
 assequi promptum non est.

ἔτι ἐν θείᾳ Φοῖβος. Hæc ita concepta erant in  
 Cod. Reg. ἐν θείᾳ Φοῖβος. Vertit Perionius: cum  
 statim dicat: καὶ τὴν Ferrarii interpretationem  
 non comparant. Lego, ὅτι ἐν θείᾳ Φοῖβος.

τὰ ληρομένα ζῶντος ὕδατος. Ita Cod. Reg. P. 206.  
 & Perionius; sed sensus repugnat. Legit  
 Ferrarius, ληρομένα ἡμερῶν Φοῖβος, quod ve-  
 rum est.

τὸ πλήρωμα τῆς αὐτῆς, &c.) Et paulo post, ὡς  
 αὐτῆς ἀντὶ ἐν τῇ αὐτῇ. De Pleromate supra dixi-  
 mus ad pag. 182. Comment. in Iohann. De  
 Acone Irenæus, Tertullianus, & Epiphanius  
 passim.

διελεγχθὲν αὐτῆς. Lege, διελεγχθεῖσα αὐτῇ,  
 ut sit loci sensus: Mulier illa Servatorem  
 agnoscere non valens, & pro Prophetâ ipsum ha-  
 bens, postquam ab eo convicta est adulterii, per-

P. 191. ἔδοξεν μὲν ὁ βασιλεὺς ἡρῶν τελευτῆσαι, &c.) Undeci-  
 mo anno ab auspicio Salomonis regno,  
 octavo à jactis Templi fundamentis: sep-  
 tennio quippe ingens illa ædificii moles  
 absoluta est. Ioseph. lib. 8. Antiq. cap. 2. n.  
 4. & 5.

ἀρα γὰρ οἱ τῶν βασιλέων υἱοί, &c.) LXX scrip-  
 serunt: καὶ ἐπελέκσαν οἱ υἱοὶ σαλωμών, & οἱ υἱοὶ  
 χιζάμ. Fecellit eos vox, ἡ, quæ habetur 3.  
 Reg. 5. 18. unde locus ille τῶν depromtus  
 est; vocabulum quippe illud pro puncto-  
 rum varietate vel, filios, vel, ædificatores, si-  
 gnificat.

P. 192. τῶν γὰρ ἱερωνύμων, οὐκ ὄντων. Vide Nos  
 supra ad Origenis Comment. in Matth. 15.  
 21. P. 256.

P. 193. γραμμάς, & ἡ ἀσκήσιος. Ferrarius pro, γραμμάς,  
 legebat, πρῶτος.

ὡς σεσωμμένος, &c.) Perionius legit,  
 σεσωμμένος, sed omnino legendum, ὡς ἐσωμμένος.

P. 194. ἐν ἑραχίᾳ ἀεινολα. Ita restituendos indicavi-  
 mus perverfos Codicis Reg. apices.

P. 195. παρεκδέχθη οὖτοι τὸ ἐν τῇ, &c.) Recte Perio-  
 nius: qui perperam acceperunt illud quod, &c.  
 Male Ferrarius.

ὅτι μακαριώτερος ἔστι, &c.) supplendum φησὶ,  
 quod fortasse supplendum reliquit Orige-  
 nes, vel librarius prætermisit.

ἰδὲν δὲ τῶν αὐτῶν. Legendum fortasse, ἰδὲν δὲ αὐ-  
 τῶν αὐτῶν. Alioquin non constabit sensus.

P. 197. λαμβανόμενον πᾶν πάντος. Ferrarius legit λαμ-  
 βανόμενον, quod mihi probatur. Quod sequitur:  
 τὸ ἑλθὲν δὲ ποτε τῶν λογικῶν, mendi mihi valde  
 suspectum est.

P. 198. ἵσως μὲν ἀνέδειξέ σοι. Ita Cod. Reg. Correx-  
 it Perionius, ἀνέδειξε μὲν, sed ad veram lectio-  
 nem digitum intendit Ferrarius: ἵσως μὲν ἀν-  
 έδειξέ σοι.

P. 199. ἐν τῇ αὐτῇ ἐν τῇ ἡμέρᾳ. Exod. 16. 1. Ebraicum



versus eorum exprimit opiniones, & haereses, qui in Scripturis versantur. Qui ad superiora attenderit, expositionem hanc facile admit-  
ret. Paulo post pro, καταλφεθέντας, lege, κα-  
ταλφεθέντες.

P. 208. ὅπερ ἐμὴν ἐστὶν, &c.) Hieronymus De nom. Ebr. Garizim, divisio sive advena. A  
μα succidere, scindere.

ὅς ἐστιν ὁ ἐμὴν ἐστὶν, &c.) Hieronymus De nom. Ebr. Ieroboam, dijudicans popu-  
lum, vel, dijudicans super nos.

σιών, ὅπερ ἐστὶν σκοπευτήριον) Hieronymus De nom. Ebr. Sion, specula, vel speculator. πρὸς, mo-  
numentum, titulus specula.

P. 210. ἐπὶ τὸν οὐρανὸν ἀναβαίνων λόγος) Vide Nos ad Commentar. in Matth. 17. p. 312.

ἡ τὸν κόσμον αὐτὸς) Diabolum quippe κοσμοκρά-  
τορα & constituitur Valentiniani & appel-  
lant. Genesius lib. 1. cap. 2. Epiphanius Har. 31.  
cap. 19.

P. 211. πολλὸν ἐξέτινεν, &c.) Ita Cod. Reg. quem se-  
quitur Perionius his verbis: Nunc quidem  
multa verba Heracleonis proferre possit. Malim  
Nimium quidem nunc esse Heracleonis verba  
recitare. Ferrarius videtur legisse: πολλὸν δὲ  
κρίσιν ἐστὶν, &c. sed Cod. Regii lectionem an-  
teponimus; sequitur enim ὁ ὅτι περ ἐκόντες ὑπε-  
τίθμεθα, &c.

τὴν ὁρμήν, &c.) De apo-  
crypho hoc libro vide Lactantium lib. 4.  
cap. 20. & Hieronymum De scriptor. Eccle-  
siast. & εὐλογίας ἐκ τοῦ προφητικῶν Clementis  
Alexandr. Editioni subjectas. & Eusebium  
lib. 3. Hist. cap. 3.

Clem.  
Alex. Edit.  
Cotel. p.  
210-35.

ὅτι περ ἐκόντες ὑπετίθμεθα, &c.) Duplex libro-  
rum qui pro sacris proponerentur, ordo  
fuit; ὅτι γνησίον, cuiusmodi erant quos in  
Canonem suum Ebraei retulerant, quique  
erant intra arcam; & ὅτι ἀποκρυφῶν.  
Rursus ὁ ἀποκρυφῶν duplex ordo fuit, ὅτι ἀντιλογούμενων,  
seu μικρῶν qui admitterentur ab aliquibus, ab  
aliis repudiarentur, & dubia essent auctori-  
tatis; cuiusmodi erant Machabæorum libri,  
Sapientia Sirach, & Salomonis, alique, quos  
quamvis in Catalogum suum non contulif-  
sent Iudæi, plurimi tamen recipiebant; alter  
ordo erat ὅτι ἰσθῶν, quique ab omnibus plane  
pro confectis & supposititiis habebantur.  
Priorem divisionem confirmat Hierony-  
mus in Prologo Galeato, & Athanasius, seu  
quisquis est auctor Indiculi librorum Scrip-  
turae: hi enim quidquid præter γνησίους est, in-  
ter ἀποκρυφῶν recensent. At triplicem illum or-  
dinem, ὅτι γνησίον, ὅτι ἀντιλογούμενων, & ὅτι μικρῶν  
sequitur Eusebius Hist. lib. 3. cap. 25.  
& 31.

μὴ δὲν καθελεῖν αὐτὸς προσκυλῶν) Perionius  
ex Cod. Reg. non oportere diruere adorandas  
res, &c. quæ legitimo sensu carent: optime  
Ferrarius legit: κατ' ἰδίαν προσκυλῶν, nam

& paulo post, καὶ ἰουδαῖος οἱ βίβλιν τοῦ θεοῦ, & paulo  
superius Iudæorum, & Gentilium frequens  
est mentio.

καταρτίζοντες ἀνθρώπους, καὶ μέλη, καὶ σπέρμα) Quoniam R. 211.  
in Veteri Lege Dei mandata obisse saepe le-  
gitur Angelus, & quasi ex persona Dei saepe  
esse locutus, hinc varie disputatum est inter Ju-  
dæos. Deusne ille esset, an Angelus. Angelos  
nullos admittebant Sadducæi, ut est Act. 23. 8.  
Eos agnoscebant Pharisei, religionis inter  
ipsos principes, & arbitri. Cum autem su-  
perstitionibus valde dediti essent huius sectæ  
homines, facile eo delapsi sunt, ut damno-  
sum & vetitum Angelis cultum exhiberent.  
Atque hæc hæresis apud Phrygas florebat  
Pauli temporibus, ut intelligitur ex ipsius  
Epistola ad Colossenses. Sed & multo post  
in Laodicea Synodo damnata est. Quo-  
nam vero cultu Lunam, & ἡνὶα venerati sint  
Iudæi, dictu facile non est. Isaias cap. 65. v. 11.  
sic ipsos alloquitur: Et vos qui dereliquistis  
Dominum, qui obliti estis montem sanctum  
meum, qui ponitis mensam vā Gad, & impletis  
vā Meni libamen. Gad est ἀγαθὴ τύχη, ut recte  
intellexit Hieronymus. Ita sumitur Gen.  
30. 11. Sortes autem rerum omnium vetu-  
stissimi Chaldæi, & Egyptii Astrologi Sy-  
deribus deputabant: & Fortunæ quidem  
sortem tribuebant Lunæ, ut Dæmonis sor-  
tem Soli; & huic res ad animum pertinen-  
tes, illi res corporeas curæ esse putabant.  
Vertius Valens lib. 4. Anthologiarum, cap.  
5. quod est ἀπὸ γένων διαρίσεις δύο ἀλλήλων τύχης  
& δαίμωνος, docet sortem Fortunæ, & Dæ-  
monis significare Solem, & Lunam, Lunam  
quippe esse Fortunam, in potestate haben-  
tem corpus & spiritum; Solem vero esse  
Mentem & Dæmonem, animas ad res ge-  
rendas excitantem, & moventem. Idipsum  
aliis præterea testimoniis, rum ex Macrobio  
tum ex eodem Valente depromtis demon-  
strat Seldenus Libro De Dis Syris Synt. 1.  
cap. 1. Quod ait ergo Isaias Iudæos adorare  
Gad, id est Fortunam, id exponit Lunam  
Auctor libri quem citat Origenes, quæ For-  
tuna quoque dicitur. Sequitur apud Isa-  
iam: Et impletis Meni libamen. Illud est  
quod apud Origenem exponitur, καταρτίζοντες  
μέλη. Multum hic æstuant Interpretes;  
sed in eo plurimi consentiunt, voca-  
bulo Meni vel Planetas omnes, vel unum  
ex Planetis signari, quem Mercurium  
quidam esse coniectant. Mihi autem ve-  
rissimile fit Solem, qui Mens est, & Dæ-  
mon, seu Genius voce Meni significari, ex  
origine γένω, quod est numerare, quia Sol  
temporibus numerandis & dividendis præ-  
est. Indidem profluxit dictio μένω, Luna,  
eadem de causa. In Solis autem & Lunæ  
adorationem proclives fuerunt Iudæi, jam

Ch. 2. 11



inde ab antiquis temporibus, ut colligitur ex Deuter. 4. 19. *Ne forte elevatis oculis ad cælum videas Solem, & Lunam, & omnia astra cæli, & errore deceptus adores ea:* & Job. 31. 26, 27. *Si vidi Solem cum fulgeret, & Lunam incedentem clare. Et latatum est in abscondito cor meum, & osculatus sum manum meam ore meo.* Atque ea ad Iosiam usque propagata est idololatritia, de quo id scriptum est 4. Reg. 23. 11. *Abstulit quoque equos quos dederant reges Iuda Soli, in introitu templi Domini, juxta exedram Nathamelec eunuchi, qui erat in Pharurim: currus autem Solis combussit igni.* Ezechielis 8. 16. queritur Dominus viginti quinque Israëlitas dorsa habuisse contra templum Domini, & facies ad Orientem, & adorasse ad ortum Solis. Ex his efficitur probabile non esse Iosiam Fortunæ, hoc est Lunæ cultum Iudæis obliuientem, Solis religionem, cui multo magis dediti erant, siluisse. Præterea ejus verba sic exposuerunt Senes Septuaginta: *ἔτι μὲν τότε τὴν τύχην τῆς παλαιᾶς, καὶ πολλοὺς τοὺς δαίμονας κτεράσμεν.* Hieronymus quippe in Isaia 65. 11. sic ipso ait reddidisse: *Paratis Fortunæ mensam, & impletis Dæmoni poculum:* & mox: *Quodq; Septuaginta transulerunt τὸν δαίμονα, id est Dæmoni, in Hebræo habetur.* Vnde manifestum est corruptam esse vulgatam loci hujus lectionem: *ἰτοιμάζοντες τὸν δαίμονα τῆς τύχης, καὶ πολλοὺς τοὺς δαίμονας κτεράσμεν.* Meni igitur juxta rēcē est δαίμων. Atqui fors Dæmonis, seu Genii, *cujus in tutela ut quisque natus est, vivit, ut ait Censorinus, & natale comes qui temperat astrū, ut loquitur Horatius,* tribuebatur Soli ab antiquis astronomica disciplina magistris, ut dixi: & Sol ipse Dæmon appellabatur. Macrobius libr. 1. Saturn. cap. 19. *Argumentum caducei ad genituram quoque hominum, quæ genēs appellatur, Egyptij prestant, Deos præstitit homini nascenti quatuor adesse memores, δαίμονα, τύχην, ἑρμῆα, ἀνδρῆα, & duopriores Solem, & Lunam intelligi volunt, quod Sol auctor spiritus, caloris, ac luminis, humana vitæ genitor & custos est, & ideo nascentis Dæmon, id est, Deus creditur: Luna τὴν τύχην, quia corporum præsul est, quæ fortuitorum varietate jactantur.* Firmicus libr. 4. cap. 11. *Locum Dæmonis ista ratione colligimus, quam ideo huic libro adjecimus, quia Solis cum esse locum Abraham similis ratione monstravit. Quem admodum autem pro Luna, sortem ipsi tributam, Fortunam nimirum Propheta expressit, ita ad significandum Solem, sortem Soli deputatam, Dæmonem scilicet, seu Meni notavit.* Ex Meni Ebraico prodiit Græcū μῆνι, Dæmon, seu Genius, qui & Sol. Vnde μῆνις, Eolice, μῆνις, hinc Latinum Manes, qui & Genii. Servius in 6. Æn. v. 743. *Ergo Manes Genios dicit, quos cum vitæ sortimur.* Non au-

tem sic vocantur à Manis, quod est bonus, quod idem scribit Servius 3. in Æn. Ex μῆνι fit μῆνιδωρος, & contracte, μῆνις. Id nomen fuit Patriarchæ Constantinopolitano, ad quem extat celebris Iustiniani Epistola, non ut vulgo scribitur, Mennas. Sic δαμνῆς contracte, pro δαμνιδωρος. sic ἱρμάς, pro ἱρμιδωρος. sic δειδάς apud Iosephum, pro δειδάς, sic ἐλυμπάς Rom. 15. pro ἐλυμπιδωρος. Hinc dicti & μῆνις, Mentes, quos curricula suis Sol determinat, quasi sint varii Soles, & Sol puta lanuarii alius sic à Sole Iunii. Conjecturam nostram penitus firmat Strabo libr. 12. cum ait Cabis quæ urbs caput est Armeniæ, esse τὸ ἡγὼν μῆνις φαρνάκου καλούμενον. *Templum quod Menis Pharnacis appellatur tam religiose cultum, ὡς τὸν βασιλικὸν καλούμενον ὅρτον τῶν ἀσπίλων, τὸν τύχην κασιλῆος, καὶ μῆνις φαρνάκου.* *Pro iuramento, quod regium appellatur, haberi voluerint Fortunam Regis, & Menā Pharnacis.* Atqui id Templum Lunæ quoque consecratum erat: ἔστι δὲ τὸ τοῦ σελήνης τὸ ἱερόν, καὶ ἀπὸ τοῦ ἐν Ἀλβανίᾳ, καὶ τὸ ἐν Φρυγίᾳ, τὸ δὲ τὸ μῆνις ἐν τῷ δαίμονι τῶν τύχων, καὶ τὸ τὸ ἀσπίλι τὸ πρὸς τὴν ἀντιοχείαν, καὶ τὸ πρὸς πεισίδιαν, καὶ τὸ ἐν τῇ χάρᾳ τῶν ἀντιοχείων. *Est autem hoc quoque Templum Lunæ, quem admodum & illud quod est in Albanis, & quod in Phrygiā, & illud Menis, quod est in loco cognomine: & illud Ascai apud Antiochiam quæ est ad Pisidiā, & illud quod est in regione Antiochenorum.* De templo illo quod est in Albanis disserit Strabo libr. 11. In calce vero libri 12. sic ille de templo Phrygio Menis: *μετὰ δὲ τῆς λαοδικίας, καὶ τῶν καλούμενων ἱερῶν ἐστὶ μῆνις καὶ φαρνάκου.* *Inter Laodicem & Carurā templum est, quod Menis Cari appellatur.* Athenæus libr. 12. pagum quemdam Phrygiæ μῆνις καλεῖται appellat, Pagum Menis, ubi nempetemplum Menis, si quid conjectura valeo. De templo vero Ascai hæc Strabo libro eodē 12. *τὸ δὲ ἐν τῷ δαίμονι τῶν τύχων μῆνις ἀσπίλις.* *Erat autē illic sacerdotium Menis Ascai.* Nihil his locis intellexerunt Interpretes. Vides templum illud quod erat Cabis, consecratum fuisse Meni, & Lunæ. Atqui petita ex eo juris jurandi formula exprimit τὸν τύχην κασιλῆος, Fortunam Regis, *cujus fors Luna adscribebatur; & μῆνις φαρνάκου id est, si recte intelligo, Genium, seu Dæmonem Pharnaci, cuius fors ad Solem pertinebat.* Templum itidem illud Albano-rum, & illud Ascai, & aliud Phrygium, non Meni solum, sed & Lunæ fuerunt dicata: nec aliter enim accipi possunt ista Strabonis: *ἔστι δὲ τὸ τοῦ σελήνης τὸ ἱερόν, καὶ ἀπὸ τοῦ ἐν Ἀλβανίᾳ, καὶ τὸ ἐν Φρυγίᾳ, τὸ δὲ τὸ μῆνις ἐν τῷ δαίμονι τῶν τύχων, καὶ τὸ τὸ ἀσπίλι τὸ πρὸς τὴν ἀντιοχείαν.* De Albanis sic Strabo libr. 11. *ἔστι δὲ τιμωρὸν, ἡλίου, καὶ δίας, καὶ σελήνης. ἀσφαμέντας δὲ σελήνῳ ἔστι δὲ αὐτῆς τὸ ἡγὼν τῆς ἰσχυρίας πλῆστον.* *Deos autem colunt, So-*

Censor. 6.3.

Horat. l. 2.  
Epist. 2.



lem, & Iovem, & Lunam, maxime vero Lunam. Est autem eius templum Iberie proximum. Solem ait illos, & Lunam venerari, quos templum Meni, & Luna posuisse alibi significat. Nempe Solis est Men. Templum igitur illud apud Armenos Genio, & Fortunæ Pharnacis consecratum erat. Ita Romanis Genium Principis adjuvare solitum erat, necnon & ejusdem Fortunam, quæ ipsa quoque Dæmon esse censebatur: Origenes libr. 8. contr. Cels. *εἴτε δὲ, ὡς τισὶν ἰδοῦν ἐποδοὶ τῷ βασιλεὺς βασιλῆος τὸν δαίμονα ὁμῶς οἱ τὴν τέχνην αὐτὸν ὁμῶς οὐκ ἔστιν ὁ νομαζομένη τὴν τῷ βασιλῆος.* Sed Dæmonis nomine Genius frequentius campellabatur. De Genio, & Fortuna eleganter Cebe in Tabula. Eos autem sæpe simul cultos, atque iisdem religionibus placatos reperias. Plurima apud Gruterum Marmora videre est in honorem utriusque erecta & incisa. Consecratum itidem Soli, & Lunæ dici poterat Armeniacum illud Templum, non absolute, sed quatenus Genio, & Fortunæ Pharnacis Sol, & Luna præerant. Porro lingua & moribus multum habuisse cum Syris cognationis Armenos idem Strabo libro primo prodidit. Quid si ab eodem Mene nomen dicamus Armeniam traxisse? Ieremias cap. 21. v. 57. hæc scribit: *Annuntiate contra illam (Babylonem) regibus Ararat, Menni, & Ascenez.* LXX Sixtinae Editionis: *αὐτοὶ ἔλαττε ἐπ' αὐτὴν βασιλεῖς ἀγαγε παρ' ἐμῶν, & τοῖς ἀρχαζέοις.* Legit: *βασιλεῖς ἀγαγε παρ' ἐμῶν, & τοῖς ἀρχαζέοις.* Ubi Ebraicum *מנע* redditum est *מנע*, quasi id non sit nomen proprium. Idem peccavit Abrabs Ar Paraphrastes Chaldaeus Menni reddit *מנע*, quæ vox alia scribitur *מנע*, utrobique vitiose: scribendum siquidem *מנע*. *Mons Meni*, uti habent Baal Aruch: Iarchi Kimchi, alique Ebrai proceres, qui & Armeniam exponunt. Ex Menni ergo nomen ipsam traxisse erudite sane, & luculenter ostendit vir præstantissimus Samuel Bochartus in Phaleg lib. 3. cap. 3. Equidem non aliud esse censuerim *מנע*, *Montem Meni*, quam montem consecratum Deo illi, qui ab Isaia *מנע*, appellatur, *מנע* à Strabone, & Auctore Prædicationis Petri, quam laudat Origenes. Hic amplius gallum album comædi vetabat Pythagoras, quod esset Meni sacer, hoc est Soli, ut exponunt Pythagorici. Iamblichus lib. 1. de vita Pythagoræ, postquam censuisse illum dixit gallum album Meni consecratum esse; altero libri ejusdem loco subjungit: *ἰερὸν ἄνθρωπο ἔχει τὸν ἀνθρώπου ἡλίου. Sacrum existimabat esse gallum Soli.* Lærtius in vita ejusdem inter ipsius effata hoc posuit: *ἀνεκτρεῖται μὴ ἀπὸ τοῦ λευκοῦ, ὅτι ἰερὸς τῷ μὲν ὡς ἰεὺς, σημαίνει γὰρ τὰς αἰῶνας.* Gallum album penitus non attingere, quod sacer sit Meni & simplex; quippe qui horas

significet. Id exponit Suidas in *πυθαγορικά* *ἰερὸς τῷ ἡλίῳ, ὡς ἰεὺς.* Existimari quoque potest ex supradictis Meacth Deum quemdam ab Arabibus cultum, cuius mentio habetur in Alcorano Sur. 63. hunc ipsum esse *Meni*. Sane Solis & Lunæ cultum pleraque Asia gentes videntur à Persis accepisse. Auctor est Strabo in Hyrcania ipsos, & Capadocia templa posuisse *τῶν ἀνακτῶν δὲ ἀμυνῶν* *στράβ. lib. 11. c. 15.* qui & *αμυνῶν*, & *αμυνῶν* dicitur. Hanc esse Solem, illam Lunam viri eruditi existimant. Certe in voce *αμυνῶν* vestigia vocis *μυνῶν* agnoscas. Narrat Herodotus Persis morem fuisse convivia Diis ponere. Idem Fortuna factum à Iudæis Isaias exprobat. *Quin* & ab Herodoto proditum est natalem diem solennibus epulis celebrasse Persas. Nempe ita fortasse Solem seu Genium venerabantur ortus hominum omnium præfullem.

*Ἐποδοὶ ἐν ἐπαπορίᾳ αὐτῶν* Ineptit Ferrarius; rede: *hactenus disputasse contenti.* P. 214.

*τέλειον, ἀλλ' οἷον τὸ ἀπονοεῖν* Negandi particulam videtur inseruisse Ferrarius: *ἀλλ' οἷον τὸ ἀπονοεῖν*. Secus Cod. Reg. & Perionius.

*οἱ θεολογῶντες ἐν σώματι τὸν θεόν* Eadem Origenes ratiocinatione utitur libr. 2. *ἀπὸ ἀρχῶν*, c. 4. Si corpus esse pronuntietur Deus, quoniam omne corpus ex materia est, invenietur & Deus esse ex materia: quod si ex materia sit, materia autem sine dubio corruptibilis est, erit ergo jam secundum illos corruptibilis Deus. A Deo quoque corpus abjudicat Homil. 1. & 3. in Genes. & Comment. in Cantic. Homil. (uti inscribitur) 3. & libr. 6. contr. Cels. Sed apertissime lib. 1. De princip. cap. 1. & 6. & libr. 2. cap. 2. 3. & 4. & libr. 3. cap. 2. & libr. 4. cap. 2. & in Anacephal. In hoc errore fuerunt Seleucus & Hermias Galatæ, de quibus memoravit Philastrius cap. 5. & juxta nonnullos, Valentinus quoque, & Audius postmodum Audianorum, & Anthropomorphitarum pater, de quo Epiphanius Har. 70. Scriptum quoque reperimus apud Socratem, Theophilum Alexandrinam Ecclesiam regente, hanc quæstionem iis in locis multorum disputationibus fuisse vexatam, Deusne corpus esset, humanam figuram gerens, an incorporeus; quam postremam sententiam quum amplexus fuisset Theophilus, Monachos Aegyptios adversus eum coisse, & manu facta hominem invadentes mortem intentasse, ni placitam de Deo opinionem ejuraret, & Origenis libros, unde incorporeum Deum propugnabant nonnulli, damnaret; quod cum factum se recepisset, tum demum Monachos discessisse. Quid quod ita scribere ausus est Tertullianus adversus Praxeam, cap. 7. *Quis enim negabit*



*Deum corpus esse, et si Deus spiritus est? spiritus enim corpus sui generis in sua effigie. Sed & invisibilia illa, quæcumque sunt, habent apud Deum & suum corpus & suam formam, per quæ soli Deo visibilia sunt; quanto magis quod ex ipsius substantia missum est, sine substantia non erit?*

Quæ pluribus locis repetit, & sæpe carpit Augustinus. Hinc illum cum Melitone vāsanā hujus reum peragit Gennadius de Dogmat. cap. 2. Deos quidem animantes esse statuit Velleius Epicureus apud Ciceronem 1. de nat. Deor. Atque id non Epicurum duntaxat, sed & Vulgus, & Poetas, & præstantissimorum hominum catervam attestari scribit Sextus Empir. 1. adv. Phys. Idem quippe Platoni, Aristoteli, & Porphyrio persuasum fuit. Atā Deo tamen omnem coagmentationem, unde oritur interitus, Epicurus abdicabat; unde ait apud Ciceronem Velleius *Deorum esse non corpus, sed quasi corpus; non sanguinem, sed quasi sanguinem.* Stoici autem Deum corporeum esse definiabant, ut præter alios auctor est Origenes lib. 1. & 3. & 4. & 6. contr. Celsi. Ab Epicureis autem, & Stoicis profectum hoc commentum Christianorum deinceps Hæreticorum aliquot mentes occupavit. At Christiana Religionis dogmata cum satis perfecta non haberet Celsus Epicureus, quæ paucorum fuit Heterodoxorum sententia, Christianorum omnium esse censuit. Sed hanc ejus imperitiam egregie confutat Adamantius noster lib. 7. contr. Celsi. Consultantur porro in hanc rem nostra Origeniana.

ἡ δὲ πένταλωση ὅταν ᾖ ὅσον σωματὶον) Naturam quintam Aristotelis significat; de qua sic differit libr. 3. c. 6. cap. 6. *Non enim secundum Græcorum Philosophos præter hoc corpus quod ex quatuor elementis est, aliud quintum corpus quod per omnia aliud sit, & diversum ab hoc nostro corpore fides necessario recipit, quoniam neque ex Scripturis sanctis vel suspitione aliquam proferre de his potest, neque ipsa rerum consequentia hoc recipi patitur.* At quamvis ab Aristotele inducta esse vulgo feratur ista natura, quam Onomacritus ἀεὶ ὡς ὁμοειδὲς vocat, eam tamen Plato, & Platonici agnoscunt. Testis Proclus in Timæum, eamque appellari docet, πένταλον ὁμοειδὲς, & πένταλον κόσμον, & ὁμοειδὲς πένταλον. Testis item Simplicius. Essentiam nihilominus illam quintam Platoni fuisse cognitam diferte negavit Atticus Platonici Philosophus apud Eusebium lib. 15. Præpar. Evangel. cap. 7. Huic porro Peripateticorum quintæ essentiae à Xenarcho impugnata Alexander Aphrodisæus patrociniatus est.

P. 216.

ὁ πάντας τὰ ἀεὶ ἡμᾶς πνεύματι, &c.) Locushic curatione indiget, quam non nisi ex meliori Codice sibi quisquam spondere

possit. Pro, ἀπὸ τῆς, Ferrarius legit, ὁμοειδὲς. Sic autē interpretatus est Perionius: *Quoniam enim cum in mediam, & in eam qua sæpius vita appellatur, Spiritus qui nos amovet, intrat, eo Spiritu vita qui crassior dicitur, vivificimur à Spiritu.*

τίνα δὲ ἐμπνεύσειν ἡμῶν περὶ τοῦ θεοῦ, ὅς ἐστιν, ἀπὸ τῶν ὁμῶν; ) Sensus apertus est. Ferrarius autem cum legeret, ἀπὸ τῶν, omnia perturbavit.

ἀλλ' ὁ ζωῶν, Videntur hæc una serie sic P. 128. describenda: ἀλλ' ὁ ζωῶν ὅτι πάντες ἡ δὲ αὐτῶν δυνάμις. Deinde inter τοὺς δυνάμεις, & ἐν δὲ ἰδέσθῃ, inferendi alteri scilicet. Quum enim dixisset Heracleon ejusdem esse substantiæ cultores Deiac Deum ipsum, hanc doctrinam impugnat Origenes, & ait fornicatam fuisse consequenter ingenitam naturam, cum cultores Dei juxta Heracleonem fornicari sine: at sibi ipse responderet; ejusdem sunt substantiæ, sed non eorundem capacis; cui responsioni instare debuit, & ibi Codex deficit. Tum addit; Quod si fatetur Heracleon, ut fateri debet, fornicatam esse naturam spiritalem, quæ ejusdem sit substantiæ ac divina, impia, &c.

μὴ ἐμπνεύσειν, ὁμοειδὲς, &c.) Ferrarius: cum increpatione illius. Perionius: cum ejus quæ ..... oburgatione. Nos aliter locum hunc explicamus: addita enim, post ἐμπνεύσειν, τὴν εἰς τὴν, referimus τὴν ἀπὸ τοῦ θεοῦ, quod subest. Hæc autem & sequentia, in quibus Filius substantia, dignitate, potestate, divinitate, & sapientia Parti neutiquam æquiparandus statuitur, expenduntur à nobis in Origenianis. Hic sane excusatum velle Origenem cum parum sinceri animi, tum non satis orthodoxi hominis esse censeo. Hoc aperte profiteri satius esse duximus, quam locos vitiosæ doctrinæ labe fœdatos rescindere, Origenemque truncum & lacerum proponere; id quod à Ferrario factum, aliquando verisimile est; puta supra p. 49. & 56. in Iohann. & hoc loco. Hoc si sit, candelam in eo valde desideramus, quæ interpretationem suam ejusmodi denuntiatione claudere ausus est, quæ nihil prorsus in hoc Origenis libro immutatum declarat.

ὁ συγκαταθεὶς καὶ ὁ δὲ τῷ πατρὶ ) Novatianus seu quisquis Auctor est libri de Trinitate, qui Operibus Tertulliani adjungi solet, cap. 17. *Quamvis enim se ex Deo Patre Deum esse meminisset, nunquam se Deo Patri aut comparavit aut contulit, memor se esse ex suo Patre, & hoc ipsum quod est, habere se quia Pater dedisset.*

καὶ ἀπὸ τῆς τῶν πατέρων ) Perionius legit, ἀπὸ τῆς, sed ex Sap. 7. 25. omnino retinendum, ἀπὸ τῆς.

ὅτι ἀσφαπτόν ἐστι τὸ θεῶν τῆς, &c.) Origenes P. 219. lib. 1. contr. Celsi & lib. 6. & Tract. 27. in







Angelorum Dei, tunc pars ejus facta est Jacob, & funiculus hereditatis ejus Israel. Christus enim ad quem dixerat Pater: Pater a me, & dabo tibi Gentis hereditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ, depellens ipsos Angelos potestate & dominatione quam habebant in nationibus, provocavit eos ad iracundiam. Et idcirco dicit quia adfuerunt reges terræ, & principes conveniunt in unum, ad versum Dominum, & adversum Christum ejus. Et ideo adversantur etiam nobis, atque agones contra nos, & certamina concitant. Euseb. quoque demonst. Evang. libr. 4. c. 9, & 10. scribit a Dæmonibus, oppugnatos fuisse sive Angelos, sive Angelorum custodiam traditos homines, magna ex parte expugnatos, donec facientibus & oppressis auxilium Christus & opem tulit.

P. 244. καὶ ἐξελθόντες αὐτὸν ὡς γαίοντος πνεύματος. ] Videtur legisse Ferrarius: & ἐξελθόντες αὐτὸν ὡς γαίοντος πνεύματος, vertit enim: egressi ex eam vacuum, aliquo modo credunt. Sed omnino retinenda est Codicis Reg. scriptura.

P. 245. αἱ πολλὰς οὐκ ἔστιν ἀνθρώπων. ] Tria hominum genera à Valentino constituta supra observavimus. Hæc ἐκλογὴ φύσις ἀνθρώπων, μορφοῦς καὶ ἰσχυρῆς, ipsa est πνευματικὴν, hominum natura, quos & σπέρματι ἐκλογῆς à Valentinianis appellari scribit Irenæus apud Epiphani. Hær. 31. c. 21.

καὶ οὐ μὴν αὐτὸν ἀντὶ τῆς ἐκλογῆς οὐκ ἔστιν αὐτῶν. ] Negandi particulam apponit Ferrarius, & merito, Secus Codex Reg. & Perionius.

ὁ ἰωάννης ἐπεποίηκε τὸ. ] Ferrarius: Iohannem non fecisse. Verte: Iohannem non posuisse.

P. 247. ἐν τῇ δυνάτει τοῦ ἁγίου. ] Ita videtur legisse Perionius qui vertit: qui vivificantem spiritum, & quod est spiritale in Scriptura, capere non potest. Codex Reg. habet: ἐν τῇ δυνάτει τοῦ ἁγίου. Ferrarium vero legisse verisimile est: ἐν τῇ δυνάτει τοῦ ἁγίου.

P. 248. καὶ αὐτὸς ὁ ἰωάννης ἐκλογῆς. ] Ita Cod. Reg. & Perionius, Ferrarius legisse videtur: καὶ αὐτὸς ὁ ἰωάννης ἐκλογῆς.

P. 249. τετρίμηνος δὲ ἐν τῇ ἐκλογῇ. ] Hæc αὖτε ὁ ὁρῶν αὐτὸν ait Origenes: quum enim supra dixisset Prophetarum patriam esse Judæam, in eaque contumeliis illos fuisse profectos, subiungit in patria sua, Alexandria nimirum, & Ægypto, non Prophetas solum, sed Christum etiam ipsum honore affici: nec leve enim jam tum in illis partibus incrementum res Christiana ceperat. Quæ cum genuina sit loci hujus sententia, quam vitiola interpretatione fecidavit Perionius, manifestum est supervacaneam esse negandi particulam in his verbis: ἐκλογῇ αὐτῶν, &c. quam à Ferrario prætermittam Codex Reg. & Perionius præsentant. At si quis eam pertinaciter retineri velit, patiemur quidem, modo ne citra interrogationem.

P. 251. πλὴν ἑξήκοντα ἔτη, &c. ] Ludit hic ope-

ram Ferrarius: audiendus Perionius: Veruntamen licebat ei qui Galilæus erat, diem festum agere, cum fuisset Hierosolymis, ubi Dei templum erat, &c.

ἰστέον τὸν πῶς ποτε. ] Ita C. R. vertit Perionius: Roget igitur utcumque habeat historia; videtur legisse, ἰστέον τὸν. At Ferrarius legit, ἰστέον τὸν quod rectius est.

Φύσις δὲ μέλας ὡς. &c. ] Hunc locum reliquit ad iunge, quos profert Bellarminus lib. 1 de Sanctorum beat. c. 19.

ὁ ἰωάννης δὲ παρὰ αὐτὸν ἐκλογῆς. ] Valentinianorum voces hic usurpare Origenem, ut spiritales homines appellet, conjectat Ferrarius. At Electos tamen ἐκλογῆς, ante Valentinum appellavit Paul. Rom. 11. 7. Vide Nos supra ad p. 54. in Joh.

ὁ ἰωάννης δὲ καὶ ἀρχόντων, &c. ) Nempe hic quoque, ut alibi saepe, relapsere posse & penitentia duci Dæmones tradit. Quo nomine castigatum saepe à Patribus, & convitiis profectum illum alibi notavimus. Ad Sixtum Senens. libr. 5. Biblioth. Annot. 131.

ἀλλ' ὁ πατὴρ καλεῖται ἐκλογῆς. ] Probatum P. 255. mihi Ferrarii lectio, quam ad oram atteximus.

ὁ ἰωάννης δὲ βασιλικὸν ὁ ἡρακλῆος λόγος, &c. ) Hæc è Saturnili, Cerdonis & Marcionis officina comparaverat Heraclæon. Hi enim Creatoris imperium à Christo abrogatum censebant. Scribit Epiphanius Hær. 23. capite 2. existimasse Saturnilum & Saturni πατέρα ἀπὸς ἀδελφῶν καὶ πατρὸς κατὰ γέννησιν & δυνάμειν ἐπὶ καταλῦσαι & θεῶν ἰσχυρῶν. Salvatorem à Patre missum de communi virtutis sententia, ut Iudeorum Deum subigeret. & Hær. 41. cap. 1. credidisse Cerdonem docet ἐκλογῆς καὶ ἐκλογῆς ἀπὸ τοῦ αἰῶνος ἐν τῇ ἀρχῇ τοῦ πατρὸς, εἰς ἀβύσσον δὲ τῆς κοσμοποιῆς καὶ δημιουργοῦ ἐκλογῆς, φησὶ, ἀρχῆς καὶ τυραννίδος. Christum de superioribus ab ignoto Patre descendisse, ut hic mundi Conditoris atque Opificis imperium ac tyrannidem everteret. Vide & Irenæum lib. 1. c. 29.

ὁ ἐν τῇ ἐκλογῇ μέγας, &c. ] Hæc Heraclæoni Valentini Schola suppeditavit, Irenæus libr. 1. cap. 2. cap. 37. Epiphanius Hær. 31. cap. 18. & 39. docent, quid sit μέγας, quid ὦν.

ὁ ἐν τῇ ἐκλογῇ οὗτος ἐστὶν ὁ ἡμεῶν, &c. ) Corporum resurrectionem negabant Saturnilius, Basilides, Cerdo, & Marcio. Irenæus lib. 1. cap. 29. Epiphanius Hær. 41. cap. 1. & Hær. 42. cap. 3. Theodoretus Hær. Fab. lib. 1. cap. 4. Valentinus autem qui triplicem hominum naturam finxerat, & πνευματικῶν, & ψυχικῶν, & ὡν ὀλιγῶν, ὡς πνευματικῶς animæ immortalitatem cum corporum resurrectione pollicebatur; ψυχικῶς solius animæ perennitatem spondebat; corporis vero corruptionem mimitabatur; at ὀλιγῶς animæ & corporis interitum denuntiabat.

P. Vide



Vide Epiphanium Hær. 31. cap. 7. & nostras  
Observationes ad Comment. in Exod.  
10. 27.

δι' ἑρῶν φύσιν ἔχον, καὶ δι' αἰσθητικῆς ] Origenes infra pag. 257. in Johann. ἐπὶ ἐπείπερ τὸν  
ἰουδαϊκὸν φύσιν ἐννοῶν δι' ἑρῶν, καὶ δι' αἰσθητικῆς πε-  
δεῖς, ἔχον δι' ἑρῶν. Utrobique legendum pu-  
tat Ferrarius, διὰ πείσεως, Irenæo auctore, qui  
lib. 1. cap. 2. & lib. 2. habet, *per opera & fidem*.  
Judicet Lector.

ἐπὶ αὐτῷ ζῆτω ] Hoc est, *vivat*, quod fugit  
Ferrarium, qui fortasse legebat ζῆτω, vel  
ζῆλω, vel εἰλω, vertit enim: *quoniam non di-*  
*xerit, volo*.

P. 256. ἐπὶ εὐπείθεσσι καὶ ὁ δημιουργὸς ἐστίν. ] δημιουργὸν  
quippe solidum & in doctum fingeat Val-  
entinus. Irenæus lib. 1. cap. 2. c. 40.

P. 258. κατὰ νόμον ἔσται, &c. ] Possedit.

P. 259. ἐπὶ τῷ νόμῳ τῷ θεῷ, &c. ] Hiulcus erat  
hoc loco Ferrarii Codex: sic autem Perio-  
nius: *Ejusmodi enim solis observationibus &  
probatioribus invenies brevi fructus laborum  
esse benedictionem, quæ in Psalmis dicit: Labo-*  
*res manuum tuarum*. Verte: *Sub talium enim  
solum observationum & disquisitionum exami-*  
*ne, brevi laborum fructus reperies, benedictio-*  
*nem nimirum in Psalmis memoratam, qua sic  
habet: Fructus laborum tuorum comedes*.

ἢ ὡς τὸ σημεῖον ] Ita C. R. & Perionius;  
velut de signo à Domino, &c. Ferrar. legit.  
ἢ ὡς περ.

ἢ δὲ καὶ ὁ νόμος τῷ θεῷ ἀννομεῖται ] Novum  
duntaxat Testamentum hoc observatione  
comprehendit, in quo τέρατα & σημεῖα sem-  
per conjuncta reperies. Secus in Veteri;  
vide enim Exod. 4. 21. & 15. 11. & Psalm. 45.  
8. & Esai. 24. 16. & 28. 29. & Ezech. 12. 11.  
& Joel. 2. 30.

P. 261. ὁ μὲν πρὸς τοὺς αὐτοὺς λόγους, &c. ] Ita C. R.  
& Perionius, sed nullo plane sensu. Lege  
ex Ferrario: *εἰ μὲν πρὸς τοὺς αὐτοὺς ὁ λόγος ἦν  
ὁ λόγος, καὶ μὲν εἰς αὐτὸν εἶμι, καὶ ὁ φάσκων,  
&c.*

P. 263. καὶ μὲν τοῖς αἰσθητικῶς, &c. ] Cerdoniani,  
aliique ejusdem ζήτης Hæretici.

ἐπὶ τῷ νόμῳ τῷ θεῷ, &c. ] Origenes  
infra, in Johann. 8. 21. pag. 272. πολλοὶ μὲν  
ἐν ἐπίστασιν εἰς αὐτὸν, ἢ πολλοὶ ὁ ἐγνωσαν αὐτόν,  
&c.

τὸς προφῆταις, ὡς τῷ νόμῳ, &c. ] Vide Nos  
infra ad Comment. Origen. in Epistol. ad  
Roman.

P. 265. καὶ ἀνθρώπου κυρίου ] Ita Cod. R. & Perio-  
nius: *de homine Domini*. Lege καὶ ἀνθρώπου καὶ  
κυρίου. Sic habuit Codex Ferrarii, & id postu-  
lat sententia,

καὶ ἐστὶν ὁ θεὸς ἑτεροδόξοις ] Cerdoniani, &  
Marcionistæ, quos hic laceffit, δημιουργὸν  
cognitum, Christi Patrem ignotum opina-  
bantur. Epiphanius Hær. 41. cap. 1. & 42.  
cap. 2.

ὅπερ τάχα ἐν ἐστὶν ἀληθές, &c. ] Negan di  
particulam prætermisit Ferrarius, & quæ  
proxime sequuntur aliter legit Perionius  
autem priorem illam pericopes partem ne-  
glexit. Verte: *Quod fortasse verum non est,  
propterea quod omnino qui Patrem non novit,  
neque Filium novit, &c.* τὸ, ἐν retinui-  
mus, ita  
volente sensu. Loci autem totius hæc est  
sententia: Ac Heterodoxis quidem gratifi-  
cantes concedere possumus Moysen &  
Prophetas Patrem non cognovisse, (quod  
tamen fortasse verum non est; nam si Pa-  
trem non agnovisse daremur, dandum esset  
utique nec Filium cognovisse, cum cogni-  
tum ab ipsis Filium & vaticiniis celebratum  
fuisse constet) Filius quippe Patrem cog-  
noscat, famulus herum. Quemadmodum  
autem dicere licet Filium non cognoscere  
herum; nam quatenus Filius est, Patris qua-  
tenus herus est, imperium non experitur: ita  
dicere possumus nec famulos cognoscere  
Patrem; nam quatenus famuli sunt, herum,  
quatenus pater est, non cognoscunt.

εἰ τὸ ἱερὸν ἀνάγνωσται, &c. ] Perionius: Si P. 268,  
*Templum Dei anagogice accipiamus, & intelli-*  
*gatur spiritale verbum*. Ferrarius autem sic  
videtur legisse: *εἴτε τὸ ἱερὸν ἀνάγνωσται τὸ θεῖον, καὶ  
τὸ καὶ τὸν πνευματικὸν λόγον*. Legen-  
dum fortasse: *εἰ καὶ τὸν πνευματικὸν  
λόγον, vel, καὶ τὰ καὶ τὸν πνευματικὸν λό-*  
*γον*.

ὅτι ὁ λόγος ἀνάγνωσται, &c. ] Ad hoc effa-  
tum alludit Origenes Hom. 19. in Jerem.  
ὁ νόμος δὲ δημιουργὸς μὲν δὲ καὶ ἀποδοκιμαζέσθαι δὲ αὐ-  
τὸν. καὶ ἐστὶν, ἢ αὐτὸς ἀνομιμαζέσθαι δὲ αὐτὸν  
καὶ ἀδύνατον. & Tom. 12. in Matth. pag. 265.  
μὴ ἀδύνατοι ὡς περὶ τοῦ. & in Matth. 22. pag. 469.  
ἐκαστὸς ὁ ἑαυτοῦ νόμον ἔχει, &c. & τραπεζίταις.  
& Tract. 27. in eundem Evangelistam: *Sere-*  
*nim qui implet illud mandatum, quod ait: Estote*  
*prudentes nummularii, &c.* Pamphilus in  
Apologetico: *Ab his vero qui Origenis libros*  
*legunt, istud penitus exclusum esse putant man-*  
*datum, quo probabiles efficit jubentur trapezitæ.*  
Idem proferunt iisdem verbis Clemens A. Clem. Alex.  
Alexandr. Epiphanius, & Hieronymus; quod xandr. in  
frustra tamen in Evangelii, Novoque adeo Hier. in  
Testamento quaesiveris. Existimat Crojus 44. cap. 2.  
verba hæc non ἀνελθεῖν à Patribus Christo Hier. Epist.  
tribui, sed è Parabola de talentis, quæ habet ad Min. c.  
tur Matth. cap. 25. & Luc. cap. 19. sententia Alex.  
fuisse collectam à Patribus & conflaram. 1. Crojus  
Ego secus sentio; nam si sententiam solum obser. in  
Patres exceperint, quomodo in eadem plane Nov. Test.  
verba Christo tribuenda conspirassent? cap. 28.  
Verisimilius ergo mihi sit excerpta hæc fuisse  
ex Evangelio secundum Ebraeos, in quod  
plurima inferuerunt Nazaræi, quæ sibi ab  
Apostolis, eorumve successoribus ore tradi-  
ta fuerant. Multa certe ex hoc Evangelio  
deprompta Hieronymus nobis

spat-



sparsim in libris suis repræsentavit, qui Evangelii huius exscribendi facultatem à Nazareis Berceam habitantibus impetraverat. Sexcenta antiqui Patres Christi, Apostolorumve dicta vel facta memoria prodiderunt quæ in Novi Testamenti libris non comparent: quæq; ex eo secundum Ebræos Evangelio propagata vel ex Traditionibus profecta sunt. Nos quidem plurima huiusmodi in Origene deprehendimus. Quot putas facinora edidisse Christum, vel dicta protulisse, quæ scriptis tradita non sunt: quæ si quis singula voluisset persequi literis, ne mundus quidem, ut ait Johannes 21, 25, tot libros capere univerfus potuisset? Quid quod innumera veterum Prophetarum apophthegmata, memoria non literis mandata, Scriptores sacri Prophetis illis recentiores usurparunt. Nec minus verisimile est aliqua in Evangelii Canonicis olim fuisse habita, quæ demum intercederint: non ejusmodi sane, quibus fidei dogmata continerentur; eorum quippe *jota unum, aut unus apex non præteribit*. Ad reliqua quod attinet, quidni aliqua excidisse credemus, cum è Novi Testamenti diversis lectionibus appareat multa inde siue temporis diuturnitatem, siue librorum negligentiam expunxisse?

Matth. 5.  
18.

P. 269. ὅτι ὁ δὲ ἰσχυρὸς ἀποστρέψῃ. ] Ita C. R. Perionius legit: *ὅτι ὁ δὲ ἰσχυρὸς ἀποστρέψῃ*, vertit enim: *ut vir justus præscribat: lege cum Ferrario*, ἀποστρέψῃ.

P. 270. ὅτι ἀνὴρ λόγιον. ) Supple, ἐὶ δὲ ψα, quod præcedit: id vidit Ferrarius.

P. 272. καὶ ἐν μὴ ἀλθθῆσα ἐλευθεροῖ, &c. ] Cod. noster habet: καὶ ἐν ἀλθθῆσα ἐλευθεροῖ, ἐλευθεροῖ δὲ γίνονται. Legit Perionius: καὶ ἐν μὴ ἀλθθῆσα ἐλευθεροῖ, &c. vertit enim: *ac nisi veritas vos liberet, non sunt liberi*. Ferrarius vero legisse videtur: καὶ ἀλθθῆσα ἐλευθεροῖ ἐν γένει, quod cum sequentibus magis congruit.

P. 273. ἢ ἐν καὶ τοῖς ζήτησιν. ] Ita C. R. Perionius legit: καὶ ἐν καὶ τοῖς ζήτησιν, &c. vertit enim: *et quaesitum in tempore, atque iis*. Ferrarius autem: ἢ ἐν καὶ τοῖς ζήτησιν ἐν ἐκείνῃ, καὶ, &c.

ἐν ἐκείνῃ πῶς ἐν μὴ, &c. ] Ita Cod. Reg. & Perion. qui vertit: *Quares etiam quomodo, nisi quod crediderant se vivere, cum aliquando morituri essent*. Aliter vero legebat Ferrarius, & rectius.

P. 274. ἀπὸ τοῦ ἐπὶ αὐτῷ ἐν δυνάμει. ] Legendum fortasse: ἐπὶ αὐτῷ δυνάμει, vel, ἐν αὐτῷ, vel quid simile.

καὶ μὴ μὴ παρὰ σκευάδα. ] Negandi particula in Ferrario non comparet; quam genuinam tamen ratio, & Cod. R. & Perionius clamant.

ἐκείνῃ δὲ ἐπὶ δὲ, &c. ] Ex apicibus Codicis R. qui hoc loco valde distorti erant, & Perionij sagacitatem præterierunt, & ex Fer-

rarii interpretatione hæc ita restituiimus. Cæterum totum hunc locum ineptissime acceperunt Ferrarius & Perionius, quem sic melius exposuimus: *Credibile est autem, propter ea quæ à nobis de fine intellecta sunt, aliquem animum ad id adversurum: Quo ego vado, vos non potestis venire; ad idque dicturum, fieri quidem posse, ut nunc non possint, imposterum autem possint; & si quidem aliquod est seculum præsens, aliud vero futurum, eos quibus dicitur: Non potestis venire, hoc seculo præsentem (multum autem ad ejus consummationem temporis superest) venire non posse, ubi est Iesus, hoc est, ubi est veritas, & sapientia, & sermo; hoc enim significat, ubi est Iesus; at quosdam nō vi, non in hoc solum seculo, &c.*

ἐν μὴ τοῖς ἐν μὴ ἐν τῇ μέλλουσι, &c. ] Agnoscis hic P. 275. semina Origeniani erroris, qui Damratorum poenæ finem imponebat?

ἐν μὴ τοῖς ἐν μὴ ἐν τῇ μέλλουσι, &c. ] Sic habet R. C. sic Perionius qui vertit: *Eos vero remota verba, & non trita dixisse ex hoc loco perspicitur licet; in Beelzebub, &c.* Sed hæc ridicula sunt. Legocum Ferrario: ἐν μὴ τοῖς.

ἐν μὴ τοῖς ἐν μὴ ἐν τῇ μέλλουσι, &c. ] Locus men P. 276. di valde suspectus. Vertit Perionius: *Servatorisque de Beelzebub testimonium hoc non est falsum*.

ἐν μὴ τοῖς ἐν μὴ ἐν τῇ μέλλουσι, &c. ] Hæc habent Reg. C. & Perion. Lege, ἐν ἐκείνῃ.

ἐν μὴ τοῖς ἐν μὴ ἐν τῇ μέλλουσι, &c. ] Origenes infra Tom. 28. in Joh. p. 348. τὰ καὶ ὅτι ἐν τῇ μέλλουσι τοῖς ἐν μὴ ἐν τῇ μέλλουσι, &c. Supra scripsit Origenes Tom. 6. in Ioh. p. 242. Angelorum ministerio animas hominum corporibus illigari: cui doctrinæ consequens erat eas quoque eorundem ministrorum ope ab hominum corporibus dissolvi. Philastrius Hæc. 120. Ignorantes quod anima hominis cum exierit de seculo, siue bona, siue mala, id est pia atque impia, ab Angelo ducitur in locum statutum, ut in futurum percipiat juxta quod gessit in hoc seculo constituta. Idem quoque

Ethnicis creditum fuisse video: ministros illos animarum ductores, ψυχωπομπῆς appellat Plutarchus. Eosdem autem animarum in statuta loca deducendarum negotium suscipere Dæmones, qui earum, dum corpori conjunctæ essent, curam gesserint, scribit Plato in Phædone: λέγει δὲ ὁ πτωχός, ὅτι ἀγαθὰ τελευτήσαντα ἐκαστὸν ὁ ἐκαστὸς δαίμων, ὅς περ ζῶντα ἀλάχει, ὅπως ἀγὼν ὁπλοῖται εἰς δὴ τινὰ τοῦ ποταμοῦ, ὃς δὲ τοῦ συλλεγόμενου δὲ διακασαμένους, εἰς πᾶσα πορεύονται μὴ ἡγεμὸν ἐκείνου δὲ δὴ ἀποστρέψαι. Τὸς ἐκείνους δὲ πορεύονται. Ita autem circumfertur: Numquidneque mortuorum ab eo Dæmone qui viventem sortitus fuerit, in quandam locum duci, ubi oporteat omnes manes congregatos ex rati constitutique iudicii formula ad inferos proficisci, cum duce illo cui mandatum est



eos illinc *istuc* traducere. Idem habet Plotinus Enn. 3, libr. 4. Animarum autem vel & eis *αὐτῶν* deducendum, vel inde evocandarum munus & officium vetusti Fabulatores assignarunt Mercurio, qui inde *πομπῆς*, *νεκροπομπῆς*, & *ψυχωγῶν* appellatus est.

*νοήσωμεν γὰρ τίνες τὴ βέλεια*, &c.] Hæc est nostri Cod. scriptura. Mendose. Legebat Perionius: *γὰρ τίνες, ὅτι βέλεια*, quod mihi valde probatur.

P. 277. *μὴ δὲ ποδοῦσαι τὸ πᾶν*, &c.] Ita Cod. Reg. quem in scite secutus est Perionius. Lege omnino, *ἀπὸ δὲ ποδῶν*, ita ut habuit Codex Ferrarii.

P. 278. *ἵκνται γὰρ ἐν τοῖς ἀστρονομίαις*, &c.] Nihil hic vidit Ferrarius. Verge: *Verisimile quippe est eos qui illi ita à vita migranti aderunt, ipsum quæsituros: idcirco autem quod in peccatis suis moriantur, neque post illa omnia pudore ita suffundantur, ut non dubitanter dicant; Numquid interfecit hunc est seipsum? quo ipse vadit, eos abire non posse.*

P. 279. *πῶς τὸ βίον ἐξελήλυθε*.] Ita Tom 32. p. 406. *ἀπὸ τῶν ἐξελθόντων βίον*, *ὡς ἐν τῇ κληρῶν τῇ ἀβραάμ*. Et in eodem Tomo, paulo inferius: *ὡς γὰρ μόνον καὶ τὸ ἀπλῶς ἐροῦν ἐξελθόντες οἱ κληρῶν*.

P. 280. *ὁπερ ὡς καὶ ἡλίου*.] Literas quasdam, ad summum duas, nobis ignorabiles hic exhibebat C.R., quasi legendum foret, *ὡς καὶ ἡλίου*, vel *ἐπὶ ἡλίου*, vel *ἀπὸ ἡλίου*, quæ tamen voces insolentes sunt.

P. 282. *ποιοῦν τὸ ἐν τῇ κατὰ*.] Ita legunt Ferrarius & Perionius, quorum lectionem retinui. Lxx erat hoc loco Cod. Reg.

*ὁ γὰρ πᾶν ἀγαπᾷ τὸ θεῖον, ὁ καὶ τὸ θεῖον, &c.*] Ita Ferrarius: at Perionius videtur legisse: *ὁ γὰρ πᾶν ἀγαπᾷ τὸ θεῖον, καὶ ἐν τῇ κατὰ τὸν πᾶν ἀγαπᾷ τὸ θεῖον, &c.* quod mihi valde placeret, si Codicum fide niteretur. Hæc in Johanne quidem non apparent, sed consona his videntur quæ exstant i. Joh. 2, 15.

P. 283. *ὡς ἀπλῶς ἐν ἑαυτοῖς διαφορὰν ἐπιπλεῖον νουτῶς καὶ βραβεύων νοήσεως*.] Sic interpungebat & legebat Ferrarius: *ὡς ἀπλῶς ἐν ἑαυτοῖς διαφορὰν ἐπιπλεῖον γὰρ νουτῶς καὶ βραβεύων νοήσεως* quod per grammaticas leges non licet. Ego vocem, *νοήσεως*, expunxerim; vel ita certe legerim: *ὡς ἀπλῶς ἐν ἑαυτοῖς, καὶ διαφορὰν ἐπιπλεῖον νουτῶς καὶ βραβεύων νοήσεως*.

P. 284. *ὡς ἡ κτίσις καὶ τὸ ἐν ἑαυτοῖς*.] In hoc voce, *καὶ τὸ ἐν ἑαυτοῖς*, patrociniū quæsiuit Origenes opinioni suæ, qua mundum confictum fingebat ex mentium diversitate, quæ huc deici merita sunt. Vide librum 3. *ὡς ἀγγῶν* cap. 5. & Origeniana nostra, ubi de mundo disserimus.

P. 285. *καὶ ἡ ὕψις ἑνὶ πνεύματι*.] Ita legendum, nec dissentit Ferrarius. Vocem autem, *πνεύματι*, cum non assequeretur qui Codicem Reg. descripsit, neque deinde Perionius vocabuli

postremam tantum partem esse crediderunt quæ vox integra erat: & priori parti, quæ minime desiderabatur, supplendæ spatium inane reliquerunt.

*ὡς αὐτῶν ἡ βραβεύειν*.] Multa post hæc verba de P. 286. esse conjecit Ferrarius. At nullum hiatum agnoscit Codex Regius.

